

& cœmeterium gaudet eodem privilegio, & uno violato censetur & aliud violatum, ut notat Archidiaconus in cap. Si quis consumax, per illum textum 2. & 3. 17. q. 4. Facit text. in cap. Cum Ecclesia, ibi, In Ecclesiis, vel cœmeteriis, supra eodem, ubi glos. in verb. Cœmeteriis, similiter dicit. Quae eodem privilegio gaudet cum Ecclesiis. Ad idem cap. in ibi, In ipsi Ecclesiis, vel earum cœmeteriis, infra eod. Unde hæc rubrica inscribitur, de immunit. Eccles. & Cœmet.

22 Hinc si quis itans extra Cœmeterium trahat eum, quia intus per partem pallii, quæ manet exterius, dicitur violare immunitatem Ecclesiæ secundum Vinc. in c. seq. cum quo concordant ibi Burr. num. 4. Card. in 1. quest. num. 3. & Abb. num. 10. Nam & qui sacraheret clericum, incidere in Canonem, ut in cap. Super infra de sentent. excomm. manui.

23 Ampliatur octavo, etiam in oratoriis, quæ in domibus privatorum habentur: nam & ipsa gaudet privilegio immunitatis, dummodo auctoritate Episcopi sint constructa, ut tenet Vincen. hic relatus a Joan. Andr. num. 1. in fin. Allegat cap. Si hospitale de Eccles. adificam. & sequitur Burr. hic numer. 3. Card. in 2. quest. Anchar. numer. 2. Abb. numer. 7. ver. Vtram autem: ubi enim intercedit Episcopi auctoritas, oratorium est publicum, & religiosum, nec potest amplius ad humanos usus deputari, argum. cap. Ad hoc, supra de relig. domib. secundum Abb. in cap. ultim. numer. 4. de censib. Et de his oratoriis vide quæ plenè notavi in cap. In hoc infra de privileg. Secus verò si hujusmodi oratoria non sint constructa auctoritate Episcopi: & ita intelligi debent Doctores, qui simpliciter dicunt privata oratoria non gaudere immunitate, incert quos Goffred. hic per cap. Vnicuique, & cap. seq. de consecrat. d. finit. 1. & per S. Si quis in sua domo, & S. Si verò in auct. de Eccles. tituli, & per cap. ultim. supra de censib. cum quo tranfit Holtien. hic post princ. ver. Ade oratoria privatorum, Henric. Boich. numer. 2. in fin. Archid. in c. Vxor. numer. 3. 17. quest. 4. Collectat in cap. Inter alia, numer. 11. supra eod.

24 Ampliatur nono, in hospitalibus: nam privilegia omnia concessa Ecclesiis ad hospitalia extenduntur, l. Omnia, C. de Episc. & Cleric. Abb. hic numer. 6. & tenet Archid. in cap. Distinctio, num. 1. in ver. In loco sancto, 17. q. 4. per auct. de Eccles. rit. in princ. & S. Ad hoc Quod tamen intelligi si auctoritate Episcopi sint constructa, alius secus, ut notat Innoc. in cap. Cum inter dilectos, num. 4. supra de donation. b. Abb. hic numer. 7. & in cap. ult. num. 4. de censib. Jo. de Visch. de immunit. Eccles. n. 48. ver. Et placet Panormitano.

25 Ampliatur decimo in monasteriis, & domibus religiosis, ut cap. Quisquis, in fin. 17. quest. 4. ubi dicitur: Si qui monasteria, & loca Deo dedicata, & Ecclesias infringunt & deposita, vel alia quælibet

exinde abstrahunt, damnium novies componant, & immunitatem tripliciter: & notat Archid. in d. c. Distinctio, numer. 1. in verb. In loco sancto, eadem caus. & quest. ubi dicitur nec de hospitali, nec de domo religiosa quem extrahi debere; Jo. de Visch. de numer. 48. & patet ex Constitut. 7. Gregor. XIV. de immunit. Eccles. in §. 2. ibi: (Ab Ecclesiis, monasteriis, sacellis, domibus regularibus, locisve sacris, aut religiosis.)

29 Ampliatur undecimo, in domo, seu palatio Episcopi, quod similiter gaudet privilegio immunitatis, ut concludunt DD. per text. in cap. Id constitutum, ibi: Et ab ecclesiis atrii, vel domo Episcopi reos abstrahere omnino non liceat, 17. q. 4. Et quamvis nonnulli, quos tacito nomine recenseret Innoc. in cap. Inter alia, post princ. ver. Item dicunt quidam, supra eod. intelligant hoc verum esse si palatium sit infra fines ecclesiæ, vel infra

quadragesima passus per cap. Episcopus, ibi: Hospitium quoque non longè ab ecclesia habeat. 4. l. distinctio, & cap. Episcopus, ibi: ecclesiæ, cui proximum fuit, de consecrat. distinctio: 3. & alii ut Hugo relatus a Joan. Andr. in d. cap. Inter alia, numer. 2. in verb. Ad Ecclesiam, dicant palatium Episcopi tunc solummodo gaudere hoc privilegio, cum in eo est capella: Tamen committere tenetur illud gaudere hoc privilegio indistinctè, & etiam si extra 40. passus præfinitos, in cap. Sicut antiquitus, 17. quest. 4. Et ita concludit gloss. in cap. Id constitutum, ead. caus. & quest. Cum quo concordant ibi Archid. Bellam & Turcer. Holtien. in d. cap. Inter alia, in princ. in verb. Ad Ecclesiam, ubi hoc probat validissima ratio, quia alia palatium Episcopi nullum privilegium haberet: nam & domus, quæ infra prædictos fines exiit, hoc privilegio gaudere indistinctè, ut c. Quisquis 17. quest. 4. & concordant in d. cap. Inter alia, Collect. numer. 10. dicens hoc tenendum, Burr. numer. 9. Card. numer. 6. & Abb. numer. 30. ubi ait de hoc non posse dubitari: & idem Abbas hic numer. 9. ubi approbat primam opinionem gloss. simpliciter, cum text. in d. cap. Id constitutum, indistinctè loquatur: unde in simili secundum eum & familia Episcopi gaudet privilegio fori, licet sit secularis, ut in cap. in cum ibi notatis, de off. Archid. dixi in cap. Nullus, num. 23. supra de for. competens. Item cum hæc materia sit favorabilis, non debet restringi text. in d. cap. Id constitutum, 3. sed potius ampliari, cap. Odis, de reg. jur. lib. 6. Et hanc opinionem Holtien. esse communiter receptam attestantur Barbat. cons. 33. numer. 7. lib. 4. Remig. de immunit. Eccles. fol. 70. in 15. ampliat. Covar. var. resolut. lib. 2. cap. 20. numer. 5. in fin. & Clar. in §. fin. d. q. 30. ver. Scias etiam, licet subdat cum Covar. sed non bene, contrariam opinionem paxi forensi frequentiam omnium usu receptam esse.

32 Ampliatur duodecimo, in domibus Sancti R. E. Cardinalium: nam sicut delinquentes non possunt extrahi ab Ecclesia, & palatio Episcopi, ita neque à domibus & palatiis Cardinalium; & ita hodie consuetudo communis observat teste Manfredi in tractat. de Cardin. c. 8. in 18. privit. & Julio Claro in §. fin. d. quest. 30. ver. Item adde. Sic & privilegium altaris vaticæ Episcopis, & eorum Superioribus concessum in cap. fin. de privileg. lib. 6. Competit etiam Cardinalibus, ut scripsi in c. Ne pro dilatione, num. er. 46. de penit. & remiss. Et id. m.

idem de privil. eligendi sibi Confessorem, de quo in d. cap. Ne pro dilatione, & ibi etiam dixi à nu. 3. ubi, in fin.

33 Verumtamen hoc debet intelligi extra urbem Romam, nam in ea hoc non servatur, ut attestat Cardin. Tusch. in verb. Ecclesia, concl. 9. n. 12. & alii hic relati à modern. collect. n. 13. Extat hæc de re Constitutio 17. Julii III. contra franchicias in Urbe retinentes in Bullar. rom. 1. pag. 710. Quæ caveatur ut iudicibus causarum capitalium, & quibuscumque aliis iustitiæ Præfectis, & ministris quærendos, capiendos, & debitis pœnis afficiendos facinorosos homines diu, nonduque liberæ, & aperte sint. Idque locum habeat non solum in Baronibus, Domcellis, Comitibus, Ducibus, & Principum Oratoribus, sed etiam in Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, & S. R. E. Cardinalibus.

35 Ampliatur ultimo, etiam in palatio inferioris Prælati jurisdictionem quæi episcopalem habentis, dummodo tamen ita se habeat consuetudo. Tunc enim gaudet privilegio immunitatis, alias secus, quia dictum cap. Id constitutum, 17. q. 4. loquitur de domo Episcopi, & non de domo Prælati inferioris. Ideoque S. Congreg. Immunitatis die 6. Novemb. 1634. resolvit primum palatium Archimandritæ etiam conductitium non fixum, & habens Ecclesiam conjunctam ecclesiasticæ, itante lenientia consuetudine. Secundo, familiaris Archimandritæ gaudere privilegio fori stante etiam consuetudine. Tertio, Archimandritam in civitate Mellanæ degentem posse Magistratus coercere centris ob tuam jurisdictionem turbatam: & die 27. Martij 1645. eadem Congregatio Immunitatis stetit in decisâ.

De immunitate Ecclesiarum.

Cap. Immunitatem.

S V M M A R I V M.

- 1 Cœmeterium gaudet immunitate Ecclesiastica.
- 2 Immunitas an suffragetur delinquentibus in ipsa Ecclesia, & n. seqq. in finem.
- 3 Intellectus varii bus cap. & nam. seqq. usque ad n. 28.
- 4 Immunitate non gaudet committens homicidium, vel mutilationem membri in Ecclesia, vel illius cœmeterio. Etiam ex improviso, & non sub spe immunitatis, secundum opinionem, quæ hodie est approbata, n. 28.
- 5 Immunitate gaudet indistinctè committentes in Ecclesia sacrilegium, homicidium, vel aliud crimen, juxta secundam opinionem Goffredi: quæ reprobat quoad homicidium n. 6.
- 7 Ob crimini immunitatem recedatur à communibus regulis juræ.
- 8 Immunitate non gaudet committentes in Ecclesia adulterium, rapinum, furtum, vel aliud crimen, secundum aliam opinionem, & n. seqq. Quæ reprobat, n. 20. & 28.
- 9 Paniri quis debet in eo, in quo delinquit, & n. 17.

- 10 Frustrâ legi auxilium invocat qui committit in lege, & n. 17.
- 11 Ratio legis ubicumq; est generator dicto, ad latitudinem rationis extenditur ipsa d. hostio.
- 12 Extensio non fit in penabus ex identitate rationis.
- 13 Fallit quando agitur de puniendis delictis.
- 14 Item fallit quando ratio est expressa in lege. Et quid sit simul sit penalis, & exorbitans, & minuat ecclesiæ immunitatem, n. 31.
- 15 Immunitate non gaudet secundum aliquos delinquens in una Ecclesia, & ad aliam confugiens.
- 16 Idem in eo, qui semel deliquit in Ecclesia, iterum delinquit extra Ecclesiam, & postea ad Ecclesiam confugit.
- 17 Immunitate non gaudet graviter in Ecclesia delinquentes, etiam sine spe immunitatis consequenda. Contrarium, n. 20. & 28.
- 18 Cessante una ex duabus rationibus finalibus, non cessat legi dispositio.
- 19 Sacrilegium a quo committitur auferendo de Ecclesia rem sacram, vel non sacram; & inter hæc nulla est differentia quoad immunitatem.
- 21 Peccatum nempe debet sub spe immunitatis.
- 22 Peccatum in Spiritum Sanctum est peccatum oblationis.
- 23 Immunitate non gaudet qui sub spe immunitatis in Ecclesia delinquit, secundum tertiam opinionem, & n. seqq. Quæ reprobat, num. 28. Et quando dicantur delinquere sub spe immunitatis, n. 25.
- 24 Delinquentes prope Ecclesiam animo ad eam confugiendi secundum aliquos non gaudent immunitate. Sed contra, n. 28.
- 25 Delinquens ex proposito in Ecclesia præsumitur hoc fecisse sub spe immunitatis præsumptione juræ, & de jure.
- 26 Subveniretur tamen ei si probaretur hoc non fecisse sub spe immunitatis.
- 27 Immunitate non gaudet committens homicidium, vel mutilationem membri in Ecclesia sub spe immunitatis, alias secus, secundum quartam opinionem, quæ hodie reprobat, n. seqq.
- 28 Homicidium, vel mutilationem membrorum in Ecclesia committens, etiam in pura rixa, & sine spe immunitatis consequenda ex Bulla Gregorij XIV. immunitate non gaudet.
- 29 Constitutio nova recipit interpretationem passivam à jure antiquo, dummodo sit clarum, & non habens varios intellectus.
- 30 Quod multipliciter intelligitur, illius veritas ignoratur.

IMMUNITATEM. Summatim ut dicam infra in §. lectura n. 23. & sunt tres partes. Prima ponit dictum Secunda rationem, ubi, Cum in eo. Tertia mandat, ubi, Mandamus. In textu ibi, vel eorum cœmeteris. Nota non tantum Ecclesiam, sed etiam illius cœmeterium immunitate gaudere, Holtien. hic n. 1. in verb. Ecclesiam, Anchar. n. 2. Abb. n. 4. & scripti plenius in cap. Ecclesia, n. 2. 1. supra eod.

2 QUÆRO generaliter an immunitas Ecclesiæ suffragetur illis, qui in ipsa Ecclesia delinquant.

3 Solutio pendet ab intellectu hujus textus, qui legi-

legitur multipliciter. Quidam enim intelligunt illius delictum in iure in casu solius homicidii, & mutilationis membri, prout sonat littera ibi: Homicidia, vel mutilationes membrorum in ipsius Ecclesiis, vel earum cimiteriis committere non veniunt: & hos non tuerit Ecclesia, ut in textu. Ergo per locum a speciali, qui alia delicta ibi committunt, privilegio immunitatis juvantur: & hunc intellectum tenet glossa ordinaria, & singularis in cap. Frater, & Coepiscopus in ver. Ab omnibus 17 q. 4. quam dicit esse tenendam, cum nullum habeat contradictorem: Ludovicus Rom. conf. 234. Ad verendum, n. 2. imò glossa in summ. huiusmodi, §. Sed quaritur, tenet indistincte, committentes sacrilegium, homicidium, vel aliud crimen in Ecclesia gaudent immunitate: & rationem reddit; quia in Ecclesia repelleret eos, videretur esse autrix sanguinis; & quia Ecclesiis, & ecclesiasticis personis Sanctitas ignoscendi gloriam derelinquit, si quis in hoc genus, C. de Episcopis, & Clero, & cum Goffredo videtur transire Archidiaconus in d. c. Frater, n. 4. Sed respectu homicidii, & mutilationis dictum Goffredi est contra textum huiusmodi Cardinalis n. 2. circa finem, vers. Sed quia dicit, & bene, hoc cap. loquitur solum in homicidio, vel mutilatione, & ideo posse restringi, ut locum non habeat in alio casu; sed sicut regula, quod si locus immunitatis extra duos casus, de quibus in cap. Inter alia, supra eodem, scilicet publici latronis, & depopulatoris agrorum: & sic ait salvati posse opinionem Goffredi, & hanc opinionem esse mitiorem pro qua facit, quia cum hoc cap. deviet a communibus regulis juris, & sit odiosum, debet restringi quantum fieri potest, & sic non extendatur extra casum expressum, atq. cap. Pena, de poen. dist. 1. & cap. Quidam, de regul. iur. lib. 6. Item ab immunitate delicti semper receditur a communibus regulis juris, ut in l. Aut facta, in fine, ff. de poen.

8 Quidam verò putant hunc textum habere locum etiam in adulterio, raptu virginum, furto, & in aliis quibuscumque gravibus delictis; quia etiam loquitur in speciali casu homicidii, & mutilationis membri: tamen illius ratio generalis est ad omnia delicta saltem enormia, ut patet ibi: Cum in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat: & frustra legis auxilium invocat qui committit in legem: non enim ad supplicandum debet admitti, ubi committere sacrilegium non expavit, ut dicitur in d. cap. Frater, 17 q. 4. & cap. seq. Et non debeant invenire munimen in loco, quem per scelus despexerunt, ut in Auth. ut licet, mar. & avia, §. Quis verò sita comperitur. Unde hoc cap. fuit desumptum: quare succedit regula, quod ubicumque ratio legis, vel Canonis est generalior dicto, seu disposito, tunc ad latitudinem rationis extenditur ipsa dispositio text. est in l. Regula, §. final. & ibi Bart. & Bald. notant, ff. de iur. & facti ignorantia, glossa in Auth. Cassa in ver. Per Italiam, C. de sacrosanct. Eccles. in l. 1. in ver. Illyricanos, C. Qui nun. vel preslat, nemin. hic de excess. lib. 10. & in Clem. 1. in ver. Presidentes, de rescript. Roman. conf. 174. Amplissime Doctor n. 3. & in terminis nostris Abb. bion. 9. vers. Et satis possit dici. Nec obstat, quod in penalibus non sit faciendi extensio ex identitate rationis: secundum opinionem magis communem, de qua late per Jacin. l. Cum quidam, col. 2. & seq. ff. de liber. & posthum. Quoniam hoc verum non est quando agitur de puniendis delictis: tunc enim materia dicitur

favorabilis, & expediens Reipublice. l. 1. in vuln. ratum, ff. Ad leg. Aquil. & propterea fieri debet extensio, ut per Roman. conf. 106. Viso themate, nu. 3. Jac. d. l. Cum quidam, in 4. limitat. Aym. de antiq. temp. in 4. par. num. 96. Rursus id non procedit quando ratio est expressa, ut in textu nostro; tunc enim etiam in penalibus fit extensio ex identitate rationis, Alex. in l. Cum mulier in 5. notab. ff. salutat. marit. Jac. in d. l. Cum quidam, in 5. limitat. & Aym. alios citans ubi supra n. 107. Quamobrem delinquentes graviter in Ecclesia indistincte excludi ab immunitatis privilegio sententiæ hic Abbas Antiqui in pr. no. Host. n. 1. in ver. Homicida, Anchar. in 1. notab. Abbas Siculus n. 9. vers. Et satis possit dici, Collector. n. 1. vers. Sed Host. dicens hoc tenere Innocentium, Host. & Doctores juris Canonici, & civilis. Raymundus in summa huiusmodi tituli. Jo. Monach. in cap. 2. n. 3. infra eod. lib. 6. ubi sic ait: (Si autem in Ecclesia, vel Cimiterio delinquant, nunquam committens habet ibi immunitatem; & cum eo simpliciter transit ibi Joan. Andr. n. 4. in ver. Exercentur, Quinimò in hoc passim omnes convenire affirmant Covarr. var. resolut. lib. 2. cap. 20. n. 15. vers. Vigesimo primo, & vers. Vigesimo secundo: & Julius Clar. in praxi criminali, §. fin. quest. 30. vers. item quero; & in facilegio, & furto in Ecclesia commisso tenent quidam, quos tacito nomine recenset glossa in d. cap. Frater, in ver. Ab omnibus, 17 q. 4. & contra Goffredum firmat Host. hic n. 3. in fin. vers. Quod ergo. Si quis committat furtum in Ecclesia reddens rationem, quia furtum nunquam committitur bona intentione; & cum eo transeant simpliciter Joan. Andr. n. 5. vers. Per predicta patet; & Butr. n. 6. vers. Per predicta: item Host. Angel. de Castro inter consilia Pauli de Castro sui patris in conf. 458. Viso casu proposito, n. 1. in fin. vol. 2. dicens textum nostrum habere locum non solum in homicidio, & mutilationibus, sed etiam in forensibus in Ecclesia, & ita hic communiter notari; & eum sequitur Clar. ubi supra, licet eum aliter referat Covarr. var. resolut. lib. 2. d. cap. 20. n. 15. vers. Vigesimo quinto: & generaliter in quocumque delicto in Ecclesia commisso, etiam si non interveniat homicidium, vel membri mutilatio; quocumque dixerit Cardin. contra quem est communis opinio, attestatur Remig. de immunit. Eccles. in 3. fallentia, n. 5. & Clar. ubi supra. Et pro hac opinione de iure civili est textus clarus in Auth. ut licet, mar. & avia, §. Huiusque, vers. Quia verò ita comperitur, ibi. (Non enim debent huiusmodi perone in venerabili loco munimen habere, quem ipsi per scelus proprium despexerunt;) & infra: (Quomodo illis, qui in ipsa Ecclesia tale scelus studuerint perpetrare, permittimus aliquod auxilium ex ecclesiasticis terminis invenire? Sed omnibus modis iudicibus eos tradi, & poenam sustinere, quæ digni sunt, qui sanctissima loca violare presumpserunt. Quis enim ibi delinquit, ubi saltem perat?) Et in homicidio, raptu virginum, & adulterio in loco facti commissi est expressum in Auth. de mandat. princ. §. Neque autem.

15 Quod ad id verum est secundum aliquos, ut si quis in una Ecclesia delinquit, & deinde ad aliam Ecclesiam confugiat, non defendatur ab hac secunda Ecclesia, ut gaudeat ejus immunitate: & est communis opinio, ut ait Remig. in tract. huiusmodi, fol. 123. in 1. fallentia n. 2. Cum enim una sit

per totum orbem universalis Ecclesia, cap. Loquitur Dominus, 23 q. 1. cum suis concordantibus; qui facit injuriam uni particulari Ecclesie, omnes offendisse videtur; ut per eum, quem sequitur Clarus in §. fin. d. quest. 30. vers. Sed si aliqua; & quamvis Sylvest. in summa, in ver. Immunitas, 3. q. 2. vers. Tertium est, dicat de consuetudine apud aliquos contrarium servari: tamen ut ait Clar. ubi supra, apud Senatum Mediolanensem communis opinio servaretur in practica.

16 Quinimò secundum alios, qui semel delinquit in Ecclesia, si iterum delinquat extra Ecclesiam, & post delictum ad Ecclesiam confugiat, non debet ejus immunitate gaudere: & ita in facti contingentiâ decisum fuit per Capell. Tholos. ut decis. 422. Item fuit qualicumque an se aliquis.

17 Procedit autem supra dicta opinio Abbatis Antiqui, & sequacium in quibuscumque gravibus criminibus in Ecclesia quomodolibet perpetratis etiam sine spe, & fiducia consequendi immunitatem; quia hic textus allegat in decisione duas rationes finales, quæ satis militent hoc casu. Prima est, quia in eo debet quis puniri, in quo delinquit. Secunda, quia frustra legis auxilium invocat, qui committit in legem; quasi dicat, ex quo delinquit in Ecclesia, & per consequens contra Ecclesiam non debet occasione Ecclesie aliquid commodum reportare. Huiusmodi enim rationes vendicant ibi locum etiam in eo, qui non delinquit sine spe venie. Prima autem ratio, de qua in princ. cap. non fuit finalis, sed impulsiva, quia cessante non cessat dispositio: l. 1. §. Sextum, cum gl. in verbo Casum, ff. de postulat. Et quatenus esset finalis, tum ex quo adine dux alia finalis, & illarum quælibet per se sufficit, cessante una non cessat legis dispositio, ut in §. Affinitatis, institut. de nuptiis, ita Abb. hic n. 8. vers. Sed mihi non multum placet; cuius intellectum dicit verissimum, & servandum Covarr. var. resolut. lib. 2. cap. 20. n. 15. vers. Vigesimo secundo, post Aufereium, quem citat in allegata decis. 422. Capell. Tholos.

19 Rursus est nonnulli respectu furci distinguant, an quis fuerit in Ecclesia rem sacram, vel profanam, ut primus tamquam sacrilegus non gaudeat, secundus verò sic, ut novissime Mar. Ital. de immunit. lib. 1. cap. 5. §. 3. n. 75. & Farinac. in eodem tract. num. 217. Tamen hec distinctio non placet, quia sacrilegium æquè committitur auferendo sacrum de sacro, atque auferendo non sacrum de sacro, ut est text. in cap. Quinquaginta, 17 q. 4. Et quamvis lex civilis dicat hoc secundo casu non committi sacrilegium, sed furtum; ut l. Divi, ff. Ad legem Jul. pec. tamen illud non tenet, ut ait glossa in d. cap. Quinquaginta, in ver. Non sacrum; Item glossa unica in fin. in d. l. Divi, Rursus ratio, quam reddit Host. videlicet quia furtum nunquam potest fieri bona intentione, est nimis tenuis, ut inquit Collect. hic n. 1. §. fin.

20 Tertii dicunt hanc Decretalem vindicare sibi locum non tantum in homicidio, & mutilatione, sed etiam in aliis omnibus delictis prævisis dummodo tamen perpetrata fuerint sub spe immunitatis: & huic lecturæ suffragatur hæc littera ibi. Nonnulli impunitatem suorum excessuum, per defensionem Ecclesie obtinere sperantes: nec non ibi. Quinimò per Ecclesiam ad quam confugit, credentem se defendi, nullatenus fuerant committitur. Et sic textus loquitur de illis, qui ex

industria se conferunt ad delinquendum in Ecclesia, ut ibi fuit tunc, & tales non gaudent immunitate, quia nemo sub spe venie peccare debet, cap. Illud, in fin. de Cler. excom. ministr. & c. Quomodo quibus de consecrat. dist. 4. Non est ergo his subventionium, neque parcendum; quia facilitas venie incitamentum tribuit delinquendi, cap. Est in iustis, 23 q. 4. c. Ve clericorum, supra de vita, & honest. clericor. Imò voluerunt quidam hoc esse peccatum in Spiritum Sanctum, dicente Scriptura: Maledictus homo qui peccat in spe. Dic tamen proprie peccatum in Spiritum S. esse peccatum oblationis, quod nec remittitur in hoc sacculo, nec in futuro, cap. Qualis, 25. dist. cap. Sciendum, de poen. dist. 2. & hic declaratur Abbas in 1. notab. & hunc intellectum posuit hic Butr. in 1. notab. & idem Abbas in c. Inter alia, n. 2. i. supra eodem, quem dicit esse communem Remig. de immunit. in 3. fallentia, n. 3. & eum probaverunt Jo. Andr. Butr. Cardin. Anchar. Imol. Abb. & Jo. de Anan. qui propterea sic summant hanc Decretalem, videlicet: Qui sub spe immunitatis in Ecclesiis, vel Cimiteriis delinquit, immunitate non gaudent.

24 Quinimò nonnulli hoc extendunt etiam ad eos, qui prope Ecclesiam delinquant animo ad eam confugiendi, inter quos Hostien. in summa huiusmodi tituli, §. in quantum, n. 8. Anchar. hic n. 3. vers. Quid ergo si non in Ecclesia, Henric. Boich. in cap. Evalesse, n. 11. supra eodem; & alii, quos refert, & sequitur Remig. ubi supra in 2. fallentia, Navarr. in manuali, c. 25. n. 22. vers. Neque qui prope Ecclesiam delinquit, Covarr. var. resolut. lib. 2. cap. 20. n. 14. vers. vigesimo sexto.

25 Quod si queratur quando quis dicatur delinqueret in Ecclesia sub spe immunitatis, ita, ut alias non delictum non committit; respondetur, eo ipso quod deliberat, & ex proposito in Ecclesia delictum committit, presumitur sub spe immunitatis hoc fecisse: & hæc est præsumptio juris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, nisi est de hoc non constet, & delinquens ejus voluntatis non esset; nihilominus locum habeat casus in textu expressæ, ibi: Cum in eo, & ibi: Frustra legis auxilium; quæ finales fuerunt huius statuti. Ita notabiliter Host. hic n. 2. in ver. Quæ nisi; & in ver. Cum in eo, Jo. Andr. eodem n. in ver. Nullatenus; & n. 5. vers. in gloss. vlt. Collect. n. 1. post medium, vers. Sed potest dici, Butr. n. 4. vers. Quid si non faciat, Cardin. n. 4. in 3. quest. An. har. n. 4. & communiter DD. ut Abbas restatur n. 8. vers. Videtur tamen postea dicere, Subdit tamen Host. ubi supra post Goffred. delinquenti in Ecclesia subveniendum fore si probaretur hoc fecisse non sub spe immunitatis, pura nullas habebant immunitatis, sed ex verbis ibidem inter eos de novo oris ad homicidia pervenerunt; & eum Host. concordant Jo. Andr. n. 2. Butr. n. 4. in fin. vers. Subvenitur, & n. 5. circa fin. vers. Host. dicit, & Cardin. n. 4. in 3. q. n. 6. & hanc dicit esse communem opinionem Remigius in tract. huiusmodi, fallent. 3. n. 3. quamvis, ut inquit Clarus in d. §. final. quest. 30. vers. Item qua; apud Senatum Mediolani hoc non posset in practica obtineri; quia semper videtur indistincte observari, ut qui in Ecclesia delinquit, reputetur indignus, ut ejus immunitate se defendat.

27 Quarta dicit hoc cap. habere locum, prout loquitur, solum in homicidio, & mutilatione; non tamen indistincte, sed in eo tantum casu, in quo deli-

delicta huiusmodi committuntur sub spe immunitatis consequendae: & in hac opinione sunt Cardin. hic n. 6. vers. aut ergo; ait enim: Aut constiat, quod ex proposito deliquerunt in Ecclesia sperantes immunitatem, eo quod alias non erant commissuri: & non gaudent immunitate, ut hic. Quod tamen intellige in suo casu tantum homicidii, & mutilationis. Aut constat, quod alias erant commissuri: & gaudent per haec litteram.

28 Sed hodie has controversias omnes non obsecure sustulit Gregoriana Constitutio de immunitate Ecclesie, quae declaravit delinquentes nunquam extrahi posse ab Ecclesia, nisi in casibus ibi exceptis: & inter hos recenset committentes homicidium, & mutilationem membri in ipsa Ecclesia; nec distinguit an id faciat sub spe consequendae immunitatis, an non; nec ullam reddit rationem, sed simpliciter, & absolute illum casum expressit. Nec obstat si dicatur, Constitutio nova interveniens in materia disposita per leges antiquas, quamvis generaliter loquatur, tamen recipiendos interpretaciones, & limitationes, quas materia ab antiquis legibus recipiat. I. in contradiobus, §. Prater ea, de non numer. pecun. Jat. in l. Sciendum in princ. ff. Qui facti dar. cogun. C. Abiliton. dicens Doctores omnes ita tenere in cons. 10. In factis, n. 5. vers. Ad testamentum. Unde quemadmodum haec Decretalis, quamvis loquatur tantum de homicidio, & mutilatione: tamen ob rationem generalem in ea expressam a plerisque extenditur etiam ad alia delicta, ut dictum est supra n. 11. Ita & Gregoriana Constitutio extendenda. Haec enim est interpretatio passiva, quae in omni materia admittitur. I. 2. & ibi Bart. in princ. C. de Noxal. l. Jura gratiam, §. Si passim ff. de p. d. Id inquam non obstat, nam praeterquam quod haec theoria procedit quando jus antiquum est clarum, & incoactum, non autem quando est controversum, & plures habet intellectus, prout habet haec Decretalis, ex his, quae notat Bart. in l. In amiguo n. 2. ff. de rebus dub. & Felin. in cap. 1. circa finem, de Constitut. Nam quod multipliciter intelligitur, illius veritas ignoratur, ut ex Boetio dicit Baldus in l. Nec quicquam §. Vbi decretum, in princ. ff. de offi. Proconsul. & Legat. Respondetur cessare omnem difficultatem quia Bulla Gregorii prohibet fieri extensionem ad casus in ea non expressos etiam ex identitate, vel majoritate rationis, ut dixi in c. Inter alia n. 51. & 55. supra eod. Unde ab homicidio, vel mutilatione manifestum est hodie non posse fieri extensionem ad adulteria, rapta virginum, & alia delicta in Ecclesiis perpetrata; & sic corrigitur quod habetur in auth. de mandato Princip. §. Neque autem; & in auth. Ut liceat mar. & avia. §. No quoque, vers. Quia vero ita competitur: licet forte secus esset in terminis huius cap. secundum Host. hic n. 1. in ver. Homicida. Ita que remanet hodie approbata prima opinio, de qua supra n. 4. ut scilicet non quodcumque delictum in Ecclesia patratum, sed solum homicidium, & membri mutilatio excludat a privilegio immunitatis, sive haec commissa fuerint animo deliberato, & ex proposito, sive in pura rixa ex improviso suborta, & sive sub spe immunitatis, sive non, cum Constitutio non distinguat.

30 ca finem, de Constitut. Nam quod multipliciter intelligitur, illius veritas ignoratur, ut ex Boetio dicit Baldus in l. Nec quicquam §. Vbi decretum, in princ. ff. de offi. Proconsul. & Legat. Respondetur cessare omnem difficultatem quia Bulla Gregorii prohibet fieri extensionem ad casus in ea non expressos etiam ex identitate, vel majoritate rationis, ut dixi in c. Inter alia n. 51. & 55. supra eod. Unde ab homicidio, vel mutilatione manifestum est hodie non posse fieri extensionem ad adulteria, rapta virginum, & alia delicta in Ecclesiis perpetrata; & sic corrigitur quod habetur in auth. de mandato Princip. §. Neque autem; & in auth. Ut liceat mar. & avia. §. No quoque, vers. Quia vero ita competitur: licet forte secus esset in terminis huius cap. secundum Host. hic n. 1. in ver. Homicida. Ita que remanet hodie approbata prima opinio, de qua supra n. 4. ut scilicet non quodcumque delictum in Ecclesia patratum, sed solum homicidium, & membri mutilatio excludat a privilegio immunitatis, sive haec commissa fuerint animo deliberato, & ex proposito, sive in pura rixa ex improviso suborta, & sive sub spe immunitatis, sive non, cum Constitutio non distinguat.

31 Adde, quod cum haec lex simul sit poenalis, & exorbitans, non debet fieri extensio de casu ad casum. I. sed sciendum, ff. Ad legem Pompeianam, de parricid.

cid. Item quamvis alias extensio fieret, tamen fieri non potest ubi cumque agitur de adimenda immunitate Dei ordinatione Ecclesie attributa, ut dixi in cap. Cum non ab homine, n. 53. §. 4. & n. 81. & 82. post Aretin. ibi n. 60. & 61. supra de iudicio.

Ne Clerici, vel Monachi secularibus negotiis se immisceant.

Cap. Multa.

SVMMARIUM.

- 1 Exempli causa sunt pauca exprimenda.
- 2 Pauca dicuntur respectively secundum subjectam materiam.
- 3 Conducere aliquem pretio pro aliquo seculari quasi an, & quando Clericis, vel Monachis liceat.
- 4 Contentiones, lites, & rixae in quibus differant.
- 5 Clerici patrocinari possunt pro defensione miserabilium personarum, sed tamen gratis.
- 6 Conducere res secularium Clericis non licet, nisi cogente necessitate. & n. 29. & 43.
- 7 Canonice prohibendum ne Ecclesia bona coaduant, & locationes sunt irritae.
- 8 Candido laico si Clericus succedat iure hereditario, potest condictione remanere vsq. ad praesentium tempus locationis.
- 9 Negotiationem etiam iustam extra casum necessitatis Clerico exercere non licet. & n. 46.
- 10 Classis generalis subsequens aliquibus specificis omnia comprehendit.
- 11 Negotio est Clericis prohibita de iure Divino, & contra factentes mortaliter peccant.
- 12 Negotium, & negotio quid sit.
- 13 Negotium quotplex, & quid sit Clericis interdictum. & n. seq. vsq. ad n. 52.
- 14 Negotio alia mundiali, alia spiritali, alia temporalis.
- 15 Negotium seculare dicitur tribus modis.
- 16 Clerici in causa sanguinis non possunt esse Advocati etiam pro veo.
- 17 Causa matrimonij, legitimitatis, iuris patronatus, decimarum, & huiusmodi iudicando tractari non possunt, nisi a Clericis.
- 18 Negotium seculare accipitur large, stricte, & stricte. & n. seq.
- 19 Negotium seculare prout provenit ex carnali concupiscentia non frenata ratione, est omnibus prohibendum, sed praecipue Clericis. & n. 78.
- 20 Officium nullum Clerici possunt habere in Republica seculari.
- 21 Universitatem secularem Clerici non constituunt.
- 22 Laici vacare debent Republica mundana, Clerici vero Republica spiritali. & n. 90.
- 23 Negotio proprie sumptum quo differat ab officio.
- 24 Negotio, seu mercatura quamvis sit permissa laicis, tamen Clericis omnino prohibetur. & n. 51. & 59.
- 25 Artificium Clericis, & Monachis est permissum, si necessitas subest, & non sordide exercetur. & n. seq. vsq. ad n. 44.

Cle.

- 26 Clericus a principio, vel agricultura sibi victum parat.
- 27 Monachi S. Basilii ex peculiari sua regule instituto ad victum propriis manibus parandum saltem in communi tenentur.
- 28 Et agricultura quantumvis permittatur.
- 29 Clerici alienarum possessionum conductores, vel administratores esse non possunt avaritia causa: Secus ad sui, & non sustentationem. & n. 43.
- 30 Clerici locare possunt animalia, quae habent ex decimis, vel successione, aut alias sibi data, & eorum fructum vendere. & n. 44.
- 31 Item si habeant pasua possunt emere animalia, ut illa depascant ad sustentationem suam, suorum, & pauperum. & n. 35.
- 32 Secus si emant ut tradant ad crematorium.
- 33 Item ad sui, & suorum sustentationem possunt emere equipullam nutriendam, & tabulam pingendam, ut carius vendant.
- 34 Item possunt agros suos opera laicorum colere absq. reatu illicita negotiationis. & n. 38.
- 35 Item possunt pro eiusdem cultura usum boves, & alia animalia necessaria coemere, illorumque factus iusto pretio, atque honesta ratione vendere. & n. 39.
- 36 Item in terra ubi habent quercus possunt sues emere, eosque alere, ac pro sua, & familia sustentatione vendere, dummodo ea, &c. & n. 40.
- 37 Item possunt arborum silva in eorum bonis existentium laico concedere ad medietatem liceti ex dombicibus provenientis. & n. 41.
- 42 Item possunt suarum arborum sulis arvi ferice operam dare pro sua, & familia sustentatione, cum personis tamen non suspectis, & de licentia Episcopi.
- 43 Item possunt ob suam, suaque familia necessitatem terras Ecclesiarum conducere, non autem laicorum, nisi ex mera praesente necessitate.
- 45 Agricultura artem in Agro Romano Clerici ex Bulla Clem. Octavi tam per se, quam per alios exercere possunt in casibus propriis, & non conductis.
- 46 Artificio an Clericis vacare liceat extra casum necessitatis. & n. seq. vsq. ad n. 52.
- 47 Artificium est licitum Clericis, & Monachis ad victum querendum, ad otium tollendum, ad concupiscentiam refruendam, & ad eleemosynas faciendas. Non autem ad purum lucrum. n. 51. & n. 53.
- 48 Enthusiasticus error ab Augustino damnatus.
- 49 Manuaria opera intelliguntur omnia humana officia, sive manibus, sive pedibus, sive lingua fiant.
- 50 Eleemosynam parare etiam propriis manibus laborando tenentur ex praecipio Clerici, & laici, ut subveniant extreme indigentibus.
- 51 Negotio, seu mercatura, nec laici est licita, nisi ad aliquem finem honestum, vel necessarium.
- 52 Negotio alia licita an, & quibus modis fieri possit illicita. & n. seq. vsq. ad n. 77.
- 53 Negotio propter avaritiam, vel alium malum finem est culpa venialis, vel mortalis, prout est ille finis.
- 54 Negotio est opus servile, quod exerceri non potest in Dominicis, & festis diebus.
- 55 Nisi in nudum permissum, dummodo Divina non committantur.
- 56 Negotio maxime mundanum in Ecclesia, & ceteris sunt illicita.

- 57 Supellectilia in locis sacris afferri non debent, nisi forte ad tempus urgente necessitate.
- 58 Negotio redditus illiciti ex loco suspecto, & in bono.
- 60 Negotio sit illicita ex materia, qua nec per se, nec cum admixto potest esse utilis. In veniens an licita sit negotio. ibid.
- 61 Colores an liceat mercari ad colorandam mulierem, vel virum. & n. seq.
- 62 Facies naturae sine peccato alterari non potest. & n. seq.
- 63 Opus Dei est quod nascitur, Diaboli quod mutatur.
- 64 Fucatio ex sui natura est illicita, & prohiberi potest per statutum Episcopi.
- 65 Non tamen est peccatum mortale, nisi fiat propter lasciviam, vel in Dei contemptum.
- 66 Oculos sibi depingere non licet.
- 67 Turpitudinem corporis ex agritudine provenientem occultare licet, pulchritudinem fingere non licet.
- 68 Mulierum honestus pretiosus, & plactus ornatus sine pictura ut viri sui magis placeant, non reprobat.
- 69 Sed si fiat ad provocandam alios ad lasciviam est mortale peccatum.
- 70 Sivero ex levitate, aut vanitate, non semper est mortale, sed quandoque veniale.
- 71 Emergetorium frumentum, vel mercas omnes nemini licet, ut coactis aliis a se emere, vendant suo arbitratu.
- 72 Tempore tamen ubertatis potest quis multa victualia emere, ut abundet tempore egestatis.
- 73 Vel ut alii possit vendere pretio tunc currenti, dummodo hoc faciat ne in terra sua victualia deficiant.
- 74 Secus si vendat carius.
- 75 Societatem inveniunt cum negotiatore, quem sibi mala conscientia, tenentur eam dissolvere, si commouit potest; alia protestari debet.
- 76 Negotiationem exercens per se licitam, sed ex accidenti illicitam antequam restituere lucrum inde perceptum.
- 77 Negotio quibus Clericis sit interdicta, & n. seq. usque in finem. Quid in Clericis in sacris, 79. Et quid in Clericis minorum ordinum beneficiatis, n. 80. Et quid in non beneficiatis, n. 81. & n. seq. usque in finem.
- 82 Clerici minorum ordinum, si competens beneficium non habeant, an possint esse Advocati in foro seculari. & n. 96.
- 83 Negotio est Clericis omnibus prohibita, si habeant unde commode vivere possint, sive ex beneficio, sive aliunde. & n. seq. usque in finem.
- 84 Negotiatorem Clericum quasi quamdam pestem fuge.
- 85 Nullus est dictio universalis negativa, qua restrictionem non patitur.
- 86 Venatio omnibus servis Dei interdicta.
- 87 Negotio quas ob causas sit Clericis interdicta.
- 88 Clerici prima tonsura etiam non beneficiati dicuntur milites Dei.
- 89 Et coronam habent ab institutione Ecclesiae antequam essent tituli beneficiales.
- 90 Nec sunt de corpore Republica mundana, sed Ecclesiae iusticia.

Rego.

- 91 Negotiatio ut plurimum sine mendacio, & perjurio exerceri non potest.
- 92 Ministri altaris Domini sunt non tantum Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi; sed etiam inferiores Clerici.
- 93 Ordo quilibet prout est Sacramentum, ordinatur ad Sacramentum Eucharistiae, & n. seq.
- 94 Acolythus suggesta pro Eucharistia, & calices Diaconis preparat.
- 95 Ministeria sacrorum Ordinum ab Osiariatu ad Diaconum subeuntur à Concilio Tridentino exerceri per constitutos in dictis ordinibus.
- 96 Intellectus, cap. 1. de postul.
- 97 Spolia ex Bulla Pij IV. sicut de bonis Clericorum, ex illicita negotiatione acquisita.
- 98 Spolia ex Bulla Pij V. non subiacent bona Clericorum, quorum beneficia, vel pensiones non excedunt ducentos triginta, dummodo ab illicita negotiatione abstinuerint.
- 99 Pénso non dicitur beneficium.
- 100 Spolia ex Bulla Pauli V. non subiacent bona Clericorum in Vrbe, vel infra decem miliaria decedentiam, etiam sub praetextu, vel casu illicitae negotiationis.

MULTA. Concilium enumerat multa secularia negotia, a quibus jubet Clericos, & Monachos abstinere: & alia non dividit.

Nota primò, ibi, de quibus pauca perscringamus: exempli causa esse pauca exprimentia, cap. *Unum oratorum*, & *Criminis autem appellatio*, 2. §. *dist.* cum aliis hic allegatis in gloss. 1. & per Holt. n. 4. in ver. *Pauca perscringamus*. Quinimò exempli gratia sufficienter exprime, ut l. *tra vulneratus*, §. *vis. ff. Ad leg. quib. & tamen quatuordecim hic fuerunt expressa: & sic nota quatuordecim posse dici pauca, secundum Holt vbi supra, & Joan. Andr. num. 1. in ver. *Pauca*; sed dicendum est secundum Abb. in 1. notab. ver. *Pauca*, hic fuisse positum respectivè ad negotia secularia quae sunt innumera. Unde respectu ipsorum, & pro subiecta materia, congruè quatuordecim pauca dici possunt: nam respectivè etiam viginti quatuor millia dicuntur pauca, ut in cap. *Disciplina*, 4. §. *dist.* & adde quod de hac dictione scripsi in cap. *Pr. iuxta*, n. 3. 2. de offic. Ordini.*

Secundò nota ibi, pro seculari quaestione non esse licitum Clericis, vel Monachis pretio quemquam conducere pro aliquo seculari quaestu, ut in littera; sed gloss. in ver. *Conducere*, intelligit, & bene hoc verum esse, si fiat conductio ad peccandum, quod non licet etiam secularibus, ut cap. *Si ad peccandum*, 2. §. *q. 4.* Vel si fiat pro quaestu seculari Clericis prohibito, quod humiliter nec per se, nec per alium licet, cap. *Negotiatorem*, & cap. *Fornicari*, 88. *dist.* idem Holtien. hic n. 5. in ver. *Conducere*: alias licitè conducit potest Sacerdos, vel illius opera, ut cap. *Pr. infra*, Ne *Pr. vic. suis*, nisi sic Prælatus, cap. 1. & 2. *ead. tit.* secundum Vincent. & Tancred. cum quibus hic transit Jo. Andr. n. 2.

Tertiò nota ibi, *Contentiones*: differentiam inter contentiones, lites, & rixas: nam contentiones consistunt in verbis; lites in iudiciis; rixae in factis, & percussibus ad invicem, secundum

Petr. de Sampson. & Abb. Antiq. hic in princ. Jo. Andr. num. 2. Butr. num. 3. & Abb. Sicul. num. 4. Qui tamen addit lites referri posse ad contentiones etiam extrajudiciales, ut in cap. *Sape*, in fin. de appellat.

Quartò nota ibi, orphanorum, aut viduarum, Clericos posse patrocinari pro defensione miserabilium personarum, ut hic, & in cap. 1. supra de postulat. Hoc tamen debet gratis praestare, quia id eis permittitur tantummodo experiate, ut in cap. *Ultimo*, eodem tit. secundum Petr. hic, Joann. Andr. num. 2. Ancharan. num. 3. & Abbas num. 4. Et hinc collige orphanos, viduas, & alias personas miserabiles esse sub protectione Ecclesiae, ut hic notat gloss. in figuratiōe casus, de quo dic ut scripsi latissime in cap. *Significantibus*, supra de offic. Deleg.

Quintò nota ibi, *Conducentes*. Clericis non esse licitum res saeculares conducere, ut hic est expressum, & in cap. *Credo*, & cap. *Cyprianus*, 2. 1. *quest.* 3. & in Auth. de sanctiss. Episc. S. Altam. nisi necessitate cogente, ut notat gloss. in *Summa*, 2. 1. *quest.* 3. & censuit Sac. Congregatio Concilii, ut dicam infra n. 4. 3.

Quae amplius censuit prohibendos esse Canonicos ne Ecclesiae bona conducant; tum quia negotiantur lucri causa; tum quia distraherentur à servitio Ecclesiae; & locationes factas esse irritas. Si tamen Clerici iure hereditario suaderent conductores laico, possent in conductione remanere usque ad praesentium tempus locationis, arg. text. in l. *Decurio*, ff. de *Decur.* ubi notabiliter sic legitur; *Decurio*, qui prohibetur conducere quaedam, si iure successerit in conductione, remanet in ea, quod & in omnibus similibus est observandum, & ita hic tenent gloss. in ver. *Conducentes*, Holt. n. 7. in eodem ver. Joann. Andr. n. 5. in gloss. Si tamen, Butr. n. 4. ver. *Quero*, prohibentur, Anchar. n. 6. & Abb. n. 8. Ad idem text. in l. 1. §. *Sed et si iure hereditario*: & quod ibi notat Bart. n. 1. ff. ad leg. *Cornel. de fals.*

Sextò nota ibi, *Nec tamen iustum negotium*. Clerico non licere extra casum necessitatis etiam iustam negotiationem exercere: concordat cap. *Fornicari*, 88. *dist.* & notat Abb. hic n. 6. In casu autem necessitatis licet, ut hic est expressum. Sed hoc intellige cum operatur propriis manibus, seu emit materiam, ut eam reducat ad aliquam formam, ut cap. *Si Clericus viduum*, 91. *dist.* cap. *Numquam*, de consecr. *dist.* 5. & hic declarant Butr. num. 2. & Abb. n. 6. & idem Abbas in cap. *Secundum*, num. 1. infra eodem, & Sylvest. in ver. *Clericus*, 3. n. 1. ver. *Igitur clerico negotiari non licet*, & *Reodoan. de spol. quest.* 2. n. 4. §. *seq.* & latius dicam infra n. 6.

Septimò nota ibi, *ecclesiastica, & humilia*, argumentum optimum, quod aliquibus specificè arguitur generalis clausula subsequens omnia comprehendit: ad hoc cap. *Qui ad agendam*, de *Procur.* lib. 6. & notant hic Holtien. num. 7. in ver. *Ecclesiastica*, Joann. Andr. num. 4. & Anchar. in 7. notab. Facit cap. *Sedes*, supra de *rescript.* & cap. *Vnic.* de *Commod.*

Ultimò nota ibi, *de quibus ait Apostolus*: negotiationem esse Clericis, & Monachis prohibitam secundum verbum Apostoli, & sic de iure Divino, cap. *Sunt quidam*, 2. §. *quest.* 1. & consequenter contrafacientes mortaliter peccare, cap. *Quisquis* pra-

procepto, 14. q. 1. cap. *Que contra mores*, 8. d. *dist.* d. cap. *Sunt quidam*, cap. *fin. supra*, de *consecr.* dixi in cap. 1. numero 22. de *treng. & pace*. Sed et si hoc esset ex lege prohibita, tamen cum Concilium hic procedat prohibendo, & resistendo, ut patet ibi, omnino contradiendum: utiq; illius transgressio est culpa lethalis, ut notat Archid. in c. *De rescribenda*, numero 2. de *consecr. praben.* lib. 6. Et scripsi plenè in d. cap. 1. numero 22. post Holtien. ibi num. 7. & 9. in ver. *Periculo*, & Abb. in 2. notab. Et confirmatur quia clerici negotiatores, si moniti non deliterint, sunt excommunicandi, ut in c. *Secundum*, infra eodem *Excommunicatio* autem non fertur nisi pro mortali peccato, cap. *Nemo Episcoporum* 11. q. 3. Et ita per hanc rationem clericum negotiatorem mortaliter peccare, post Petr. de Palude, & S. Antonin. tradit Sylvest. in ver. *Clericus*, 3. n. 3.

Venio ad quaestiones. Et primo QVAERO quid sit negotium, seu negotiatio: Brevis liodoro auctore in lib. 13. *Etymolog.* cap. 15. Negotium dicitur est, quasi negans ortum, ut refertur in cap. *Forus*, §. *Negotium*, & ibi gloss. in ver. *Negotium*, de *verb. signif.* Vnde ex ipsa vi nominis importat privationem otii, & significat actum omnem, cui otium repugnat, & in communi dicitur esse actus humanus practicus, qui vulgò exercitium dicitur, secundum Sylvest. in ver. *Negotium*, in princ. Specialiter autem ut nunc principaliter intendimus, est commutatio, vel permutatio lucrativa, id est ad lucrum ordinata, ut idem Sylvest. diffinit ubi supra: nec differunt negotium, & negotiatio secundum eum, nisi tanquam cōcretum, & abstractum, sicut iustum, & iusticia, aequum, & aequitas. Vnde negotium, & negotiatio promiscuè usurpantur, ut in l. 3. ff. de *negot. gest.* cum similibus. Alias tamen negotium in casus, negotiatio in commerciis, dicitur, ut legitur in d. c. *Forus*, §. *Negotium*.

Secundò QVAERO quomodo sit negotium, & quod sit clericis iter dicitur.

Tamet si negotia sint innumera, cum plura sint, quam vocabula, ut l. *Natura*, ff. de *proscript. verb.* & hic per Joann. Andr. numero 1. in ver. *Negotia*: tamen ad certa genera reducuntur. Vnde S. Antonin. in 2. par. tit. 1. cap. 16. ante §. 1. ver. *Scilicet*, dixit triplex esse genus negotiationis. Prima est mundialis, & saecularis, & ideo cavenda. Secunda spiritualis, & honesta, & ideo exercenda. Tertia temporalis, & modesta, & ideo permittenda: & unumquodque membrum latè proflequitur.

Sed quod pertinet ad secularia negotia, de quibus agit in hoc cap. & infra eod. per tot. Innoc. hic in princ. & post eum Holtien. num. 2. & Joann. Andr. supra in rubr. eod. num. Dixerunt negotium saeculare dici tribus modis. Primò enim dicitur saeculare negotium quilibet actus saecularium rerum, de quibus hic plures enumerantur: & ab his, si sint illicita, & turpia, proculdubio clerici omnes abstinere debent. Secundò, negotium saeculare dicitur iudicium de rebus saecularibus: & hoc tractare possunt clerici omnes inter clericos tantum, ut cap. *Sicut enim*, §. *Ex his*, 11. *quest.* Tertiò, dicitur saeculare negotium quod est saecularium hominum, & inter saeculares: & ex his negotiis aliqua sunt criminalia, aliqua civilia: criminalia ubi agit de sanguine, sunt clericis interdita, cap. *Sententiam*, infra eodem adeo ut nec pro-

reo possint esse Advocati, ut notatur per Holtien. in cap. *Ad adventum*, §. *fin. infra*, de *homicid.* Ex civilibus vero aliqua spectant ad forum Ecclesiae tantum, ut causa matrimonii, & legitimitatis, cap. *Tuam*, supra, de *ord. cognit.* cap. *Lator*, §. *infra* *Quis sit legit.* iuris patronatus, cap. *Quandò sup. de iudic.* *Decimarum*, c. *Quoniam*, & c. *A nobis*, de *des. eim.* & talia iudicando tractant clerici tantum, & non alii, ut in iuribus praeeleg. Aliqua vero sunt principaliter de foro saeculari: & in his non licet clericis se immiscere, nisi in casibus, ut notatur in cap. *Cum sit generale*, & cap. *Ex tenore*, supra de *foro compet.* Alio modo saecularia negotia distinguit gloss. in *Summa*, 21. q. 3. quae iudicio Abbatis distinguit supra in rubr. *antemed.* Materiam plenè evacuat. Sed ipse Abb. ibi utitur alia distinctione: nam secundum cum saeculare negotium sumi potest large, & strictè. Et quidem large dicitur saeculare negotium quidquid provenit ex carnali concupiscentia non subiecta fratri rationis; & hoc innuit littera huius textus in princ. Dicitur autem negotium saeculare, quia per illud omnino vivitur saeculariter, id est secundum saeculum, & mundum, seu carnem, non autem secundum Deum & spiritum: & haec prohibentur etiam laicis, ut patet ex multis, quae hic enumerantur, sed praecipue clericis. Strictè vero accipitur saeculare negotium, ut comprehendat quidquid pertinet ad rem publicam mundanam, & saeculares homines; & hoc quamvis permittitur saecularibus, tamen clericis est interdicitum, ut cap. *Fornicari*, 88. *dist.* & l. *Placet*, *cod. de Episc. & Cler.* ubi clerici nihil commune habere dicuntur cum publicis actionibus, vel ad Curia pertinentibus, cuius corpori non sunt annexi. Atque ita nullum officium possunt habere in Republica saeculari, ut ibi probatur, & in hoc c. & in c. *Reprehensibile*, 23. q. 8. & cap. *Ubi*, 23. q. 3. & notat Anchar. in cap. *Sicut te*, num. 1. ver. *Quae rit gloss. infra*, eod. & adde Innoc. in cap. *Dilectio*, num. 9. de *excessib. Pralat.* ubi ait clericos non constituitur universitatem saecularem; unde vacare debent Republicae spirituali, laici vero reipublicae temporali, argum. cap. *Duo sunt genera*, 1. q. 1. cap. *Conventio*, & c. cap. *Reprehensibile*, 23. q. 8. cap. *Duo sunt*, 66. *dist.* & cap. *Solus*, de *obedi.* Confer textus in l. *Consulta Divalia*, *Coll. de testam.* ubi scriptum legitur abiturum esse si pronuncius actibus rerum turbantur officia, & alii creditum alius subtrahat, & praecipue clericis, quibus opprobrium est, si se peritos velint disceptionum forensium ostendere; sequitur supra dictam distinctionem Sylvest. in ver. *Clericus*, 3. num. 1. Sed illi addit tertium membrum, quod Abbas omiserat. Dicit enim saeculare negotium tertio loco sumi strictè sumi pro exercitio mercatoris, seu negotiatoris, de quo loquitur textus in cap. *Forus*, de *verb. signif.* ibi, (Negotio in commerciis dicitur, ubi aliquid datur ut majora lucentur.)

Sed ego hoc tertium genus negotii saecularis subdistinguo in duas species, videlicet in negotiationem propriè sumptam, & artificii, de quibus Gratianus diversae conscripsit distinctiones, nam de negotiatione egit in *dist.* 8. de *artificio* vero in *dist.* 91. quas species non elucere distinxit S. Th. in 2. 2. q. 157. Na de negotiatione formavit articulum secundum, in licet Monachi negotiari de artificio vero articulum tertium, an Monachi teneantur propriis manibus laborare negotiatio-

proprie dicitur cum emittit res, ut omnino integra, & immutata carius vendatur, ita ut ex sola transmutatione de persona in personam sequatur lucrum.

Artificium vero dicitur, cum emittit res, ut inde habeatur materia ad operandum propriis manibus, eamque reducendi ad aliam formam: habetur in c. *Erucius*, 88. *dist.* ubi dicitur: (Quicumque rem comparat non ut ipsam rem integram, & immutatam vendat, sed ut materia sibi ut inde aliquid operandi, illi non est negotiator: qui autem rem comparat, ut illam ipsam integram, & immutatam dando lucratur, ille est mercator, qui de templo Dei ejicitur.) Hæc ibi, & notat *glos.* Butr. Abb. & alii proxime citandi, & Anchar. in c. *Secundum* *instituta* in 1. *notab.* *infr.* *eod.*

24 Negotio proprie sumpta quamvis sit permiffa laicis, tamen Clericis, & Monachis omnino prohibetur, ut *hic*, & *28. dist.* per totam; & præsertim in c. *Erucius*, ubi dicitur: Antequam quis ecclesiasticus sit, liceat ei negotiari, factum jam non licet: & notat *glos.* in c. *Canonum* 14. q. 4. Butr. *hic* num. 2. *vers.* *Solutio*, & Abb. n. 6. *vers.* *Intellectus*, & *nom. 10.* *vers.* *Ad illud est*, Sylvest. in *ver.* *Clericus* 3. n. 1. *vers.* *Terid add.* & num. 2. & Tabiena similiter in *ver.* *Clericus* 3. *vers.* *Terio*. Artificium vero si necessitas subit proculdubio Clericis, & Monachis est permiffum: unde in c. *Clericus* 11. n. 1. *dist.* sic legitur, Clericus victum, & vestimentum sibi artificulo, vel agricultura absque officio sui detrimentum patet, & in c. *sep.* Clericus quantumlibet verbo Dei eruditus artificulo victum quaerat, unde ibi præcipitur, ut omnes Clerici, qui ad operandum invalidi sunt, & artificiola, & litteras dicant: & de Monachis Hieronymus ad *Rusticum* *Monachum de vivendi forma*: (Cur, inquit, tu in usus tuos cellura non præparas? Vel fivicellam texe junco, vel canistrum lentis plecte viminibus: Griatiæ humus; areolæ æquo limite dividatur, in quibus cum oleorum jacta fuerint femina, vel plantæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ.) & infra: (Inferantur instructio- næ arbores geminis, vel furculis, ut parvo post tempore laboris tui dulcia poma deceepas. Apum fabricare alvearia, ad quas remittunt Salomonis proverbia, & Monasteriorum ordinem ac regiam disciplinam in parvis discere corporibus: rextantur & lina capiendis piscibus: scribantur libri, ut & manus operentur cibum, & animus lectione saturetur.) Hæc Hieronymus, & refertur in cap. *Namquam, de consecr. dist.* 5. & ibi immediate subne- dit: (Ægyptiorum Monasteria hunc morem tenere, ut nullam absque operis labore suscipiant.)

27 Hodie in diocesi Hispanensi Monasteria Eremitæ del Tardon Ordinis S. Basilii servant hoc laudabile institutum vivendi ex labore manuum suarum, de quibus Clemens VIII. in suis litteris sub datu Tusculi sub annulo Piscatoris die 23. Septembris 1603. Pontificatus sui anno duodecimo. 4. sic ait: (Quærendi victus solertia (ut verba S. Basilii de Institutionibus Monachorum sermone 1. referamus) his, qui in hujusmodi vitæ genere degant, ea maxime conveniens judicanda est, quæ præscripta est ab Apostolo, nimirum ut manibus laborantes panem suum honestè manducant, ex quo & alii dicitur Patris locis declaramus Monachos S. Basilii ex peculiari suæ regulæ instituto ad victum propriis manibus parandum, saltem in

communi teneri, Atque ita juxta præsentis reformationis statuta jubentibus observari in illis artibus quam etiam S. Basilii cõcedit, præcipue quæ intra domum exerceri possunt, vel ut extendi, plectendi, suendi, læsciendi, & aliis secundum locorum & temporum exigentiam. Cum autem S. Basilii agricultura, quia ea facillimè res ad usum necessitatis haberi possunt, cõcedat, modo ea, neq; à vicinis, neq; ab accolis tumultus afferat, aut turbas; nos eandem ad frumentum, vinum, mel, oleum, & cæteros agriculturæ comparandos permittimus.) Hæc ibi: Similiter Clerici possunt recipere possessiones excolendas ad quarum, vel quintam partem, & hujusmodi aureas conducere ad sustentationem sui & suorum, arg. c. *Per vinea* 80. *dist.* ubi Clerici & Monachi prohibentur propter turpis lucri gratiam alienarum possessionum conductores esse, vel substantiarum secularium gubernationes suscipere avaritiæ causa: ubi *glos.* ponderans verbum *in vinea*, dicit: nam propter necessitatem bene possunt, ut c. *91. dist.* & tenet Holl. Abbas & alii in c. *Secundum* *instituta* in 1. *notab.* *infr.* *eod.* *Clericus* 3. n. 2. *vers.* *Potes etiam recipere possessiones*.

Rustici possunt locare animalia ut oves, & boves, scilicet licet habeant ex decimis, vel successione aut aliis sibi data: Aut habeant pascua multa, & emant animalia, ut illa depascant, ad sustentationem suam: suorum, & pauperum. Secus si emerent, ut traderent ad ementum, vel aliquid agerent in fraudem negotiorum: ut post *glos.* præalleg. Raym. & Summ. Consiil. tradit Redoan, de *spol. q. 1. dist.* 2. & Sylvest. d. n. 2. *vers.* *Potes etiam locare*: ubi etiam addit licere Clericis, scilicet ad sustentationem sui, & suorum rem emere, eamque negotiorum carius vendere, puta equi pullum nutriendum, vel tabulam ut imaginem pingat, quia in talibus non est negotio proprie, sed artium, ut notatur in cap. *Canonum*, in *glos.* *10. q. 4. & in c. Numquam*, de *Consecr. dist.* 5. per archid. in c. *Clericus victum*, 91. *dist.* & Ioan. Frisburg. in *Somma* *Consiil. dist.* 2. *dist.* 7. q. 41. & *10. q. 2. & 3.* Quæ omnia comprobantur ex instructis resolutionibus S. Congregationis Cardinalium Tridentini Concilii interpretum me Secretario editis, videlicet, Presbyteri, & Clerici Teræ Maidæ Neocastrensis Diocesis, qui ut plurimum ob loci, personarum, & temporum qualitatem aliamquam ex instructis rationibus ad necessitatem sui, & familiæ sustentationem coguntur quaerere, ad obviandum vexationibus Commissariorum, petunt ut declarentur an liceat eis hæc facere absque reatu illicitæ negotiationis.

Primò, an liceat eis terras patrimoniales, & beneficiales pro laicis colere? Secundò, an pro necessario cultu & usu possint emere boves, & alia animalia, & fetus illorum vendere?

Terziò, an illi, qui in propriis terris habent quercus, & castaneas, quarum fructibus suis vescuntur, possint suos emere, eosque alere, & pro familiaria sustentatione vendere.

Quartò, An iidem Clerici cum foliis suarum arborum possint in propriis ædibus arti fericæ operam dare, vel idem opus alteri ad medietatem committere, ut in illis partibus fieri consuevit.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum ad primum censuit licere Clericis agros beneficiorum, & patrimoniorum suo.

suorum opera laicorum colere absque reatu illicitæ negotiationis.

39 Ad secundum, posse similiter Clericos pro ejusdem cultuæ usu boves, & alia animalia necessaria cætere, illorum fetus justo pretio, atque honestatione vendere, nec propterea eos prohibere negotiationis prætextu vexari posse, aut debere.

40 Ad tertium itidem, posse pro sua, & familiæ sustentatione, dummodo tamen in emendis, alendis, seu distrahendis subus nihil fordidum, aut indecens ordini clericali exerceant.

41 Ad quartum, licere Clerico arborum in propriis bonis existentium folia alicui laico concedere eo pacto, ut lucrum, quod ex bombicibus proveniet, inter utrumque dividatur; ac pariter eidem licere earundam arborum foliis per seipsum, absque officio sui dumtaxat detrimento, ac pro sua, & familiæ sustentatione arti fericæ operam dare, dum tamen in artificio hujusmodi perlonas non suspectas adhibeat, & quoad hoc Episcopali licentia, quæ gratis datur, obtineat.

42 Sed & postea, id est die 21. Augusti 1627. ad exemplum prædictarum declarationum eadem S. Congregatio censuit Clericos pauperes ob suâ suæque familiæ necessitatem posse terras ecclesiasticorum conducere absque reatu illicitæ negotiationis: bona verò laicorum non posse, nisi ex mera præcise necessitate.

43 Item censuit posse retinere, & locare boves, oves, & alia animalia, quæ habent ex successione, vel decimis, necnon fructus illorum vendere absque crimine illicitæ negotiationis.

44 Potrò in territorio, & districtu Urbis, necnon in Latii, Campaniæ, & Maritimæ Provinciis ex Bulla Clementis VIII. *Inter multiplices*, § 5. in Bullar. tom. 3. pag. 10. Clerici in casibus tamen propriis, & non conductis, possunt artem agriculturæ per se, vel alios exercere, & exerceri facere, nec eis, vel eorum hæredibus per Cameram Apostolicam, seu illius ministros objici, aut imputari potest, quod illicitam negotiationem fecerint, aut spoliis subiaceant; & ars prædicta ipsis Clericis in eorum casibus licita, & permiffa declaratur.

Ex prædictis liquet Clericos posse dare operam negotiationi illius speciei, quæ dicitur artificium, & propriis manibus laborare, si subit necessitas, & in hoc conveniant omnes, dummodo nihil fordidum exerceant, per ea quæ leguntur, & notantur in Clem. 1. *de vita, honestate Clericorum*, & *Sed dubium est numquid* eis hoc liceat cessante necessitate. Afferunt S. Antonin. in 3. *part. tit.* 13. *2. § 2.* Dum tamen propterea non desint ab officio divino, ut 91. *dist.* per totam, & c. *Namquam, de consecr. dist.* 5. Sequitur novissime Prax. Episcopalis, c. 63. *de cler. negotiat.* n. 3. & videtur ex mente *glos.* in c. *Canonum* 14. n. 4. nam cum textus ibi dicat: Quicumq; in Clero esse voluerit emendi vilium, vel vendendi carius studio nõ utatur. *Glos.* exponit verbum, *vendendis* (scilicet in eadè forma; sed in rudi materia possunt emere coriis, & chartas, & inde facere sotulares, & libros; ut c. 1. 21. q. 1. & c. *Clericus* 91. *dist.* nec est negotiatio, sed artificium.) Hæc tenus verba *glos.* quæ, ut vides, se non restringunt ad casum necessitatis. Sed in oppositum videtur hoc capitulum, ubi iustum negotium non esse Clericis contradicendum

propter necessitatem; & iustum negotium exponitur, scilicet artificium operando propriis manibus, prout exponunt Butr. Abb. & Sylvest. supra citati in c. *notab.* Item contra videtur textus in d. c. *Clericus victum* 91. *dist.* ubi permittitur Clerico victum sibi quaerere artificulo absque officio sui dumtaxat detrimento; & ita ad hoc duo requirit, videlicet ut victum parat, & ab officio non desit. Obstant etiam supra scriptæ resolutiones S. congregationis, quæ non concedunt Clericos posse artificio vacare, nisi ob suam, vel suorum necessitatem.

47 Sed ego materiam altius exordiendo, ex mente S. Thomæ in 2. 2. *q. 1. art.* 3. assero, laborem manuum ad quatuor ordinari. Primò, & principaliter ad victum quaerendum unde primo homini dicitur est: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* & in Psalm. 127. *Labores manuum tuarum, quia manducabis*: & secundum hoc dubitandum non est, quin Clericis, & Monachis licet operari manibus propriis. At enim Apostolus Act. 20. *Ad ea, quæ mihi opus erant*; & hæc 3. qui necum sunt, ministraverunt manus istæ: & habetur transumptivè in c. 1. *in fin.* 21. q. 1. & in c. *Cum Apostolus, sup. de Consil.* & fufius ostensum est supra n. 25. Unde error Enthufiasticarum dicentium nullum laborem manuum Monachis esse licitum, etiã sustentandæ vitæ causa, sed orationi semper illis esse insit endum, merito damnatur ab Augustino in *lib. de Oper. Monach.* nam in principio illius libri testatur se ibi loquutum contra hujusmodi errorem, qui Carthagine oriebatur. Sub opere autem manuali intelliguntur omnia humana officia, ex quibus homines sicut victum lucrantur sive manibus, sive pedibus, sive lingua fiant. Cum enim manus sit organum organorum, per opus manuum omnis operatio intelligitur, de qua aliquis licitè potest victum lucrari, ut per D. Thom. d. *art.* 3. in corp. *vers.* *Scientium tamen.*

Secundò, labor manuum ordinatur ad tollendum otium, ex quo multa mala oriuntur; unde dicitur Eccles. 33. *Adire servum tuum in operationem ne vacet*; multam enim malitiam docuit otiositas. Et ad hunc finem similiter certum est licere Clericis, & Monachis operari manibus propriis: unde Hieronymus ad *Rusticum* *Monachum*: (Faci inquit, aliquid operis, ut semper te Diabolus inveniat occupatum.) ut refertur in c. *Namquam, de consecr. dist.* 5.

Tertiò ordinatur labor manualis ad concupiscentiæ refranationem in quantum per hoc maceratur corpus; unde 2. ad Corinth. 6. in *Laboribus, in ieiuniis, in vigiliis, in castitate*: & eodem modo secundum hoc Clericis, & Monachis labor manualis proculdubio est laudabilis unde in Monasteriis Ægypti nullus suscipiebatur absque opere, & labore, non tam propter victus necessitatem, quam propter animæ salutem, ne vagarentur perniciosis cogitationibus; ut legitur in d. c. *Namquam, de consecr. dist.* 5.

48 Quartò, labor manualis ordinatur ad eleemosynas faciendas; unde dicitur ad Ephes. 4. *Qui fabricatur iam non suretur: magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat unde tribuat: necessitas tamen patienti.* Et ad hunc finem labor manualis non tantum est Clericis, & Monachis permiffus, arg. c. *Decretis*, 88. *dist.* c. *Per venit, vers.* *Nisi forte*, 86. *dist.* sed in aliquo casu

caidit etiam sub precepto, secundum D. Thomam 2. 2. q. 178. d. art. 3. in corpore ad finem videlicet si ex necessitate elemosynam facere tenerentur, nec aliunde possent habere unde pauperibus subvenirerent, quia in hoc casu obligantur Monachi, & saeculares: ad hoc c. *Palce*, 86. dist. c. *Immolans*, ad finem 14. q. 1. & l. *Necare*, ff. de liber. agnosce. Ex praedictis collige laborem manuum non esse permillum Clericis, vel Monachis, si ordinetur ad lucrum tantum, ita ut ultimus finis sit lucrum: & ita intellige hoc capitulum, dum permittit eis iustum negotium, scilicet artificium, propter diversas necessitates, ut satis ostensum est supra n. 9. & n. 6. vers. *sed in oppofitum*: & merito, quia negotiatio quamvis sit permissa laicis, ut c. *Fornicari*, 87. dist. tamen hoc habet locum, si ordinatur ad aliquid finem honestum, vel necessarium: secus si ad merum lucrum; ut egregie probat S. Thom. in 2. 2. q. 77. art. 4. quem refert, & sequitur Abb. hic n. 10. vers. *Et praedictis videtur*, & Sylvest. in ver. *Negotium*, n. 1.

52 Tertio QUERO, An negotiatio alias licita possit aliquando fieri illicita.

53 Solut Innoc. hic n. 3. dicens negotiationes honestas posse fieri inhonestas quadrupliciter. Primo ex causa, seu fine, cum scilicet fit propter avaritiam, id est improbam cupiditatem divitiarum, vel alium malum finem, c. *Quicumque*, 14. q. 4. & tunc est peccatum veniale, vel mortale ad eum modum, quo est ille finis, ut per Sylvest. in ver. *Negotium*, n. 2.

54 Secundo ex tempore, puta in Dominicis, & festis diebus de precepto, in quibus non est licita negotiatio, cum sit opus servile, c. 1. & supra de ser. Quod tamen fallit in nundinis, quae sunt 55 Superiore sciente, & tolerante, dummodo per hoc divina non omittantur; secus si nundinae essent prohibita, secundum Petr. de Palud. relatum ad Sylvest. eod. n. 2. vers. *Tertio ex tempore*. Item secus in mercatibus, ut est text. in c. 1. supra de ser. licet ex prava consuetudine contrarium servetur, ut ibi attestatur Host. num. 2. in ver. *illicito*, & Jo. Andr. n. 3.

56 Tertio ex loco, ut in Ecclesia, in qua nec iudicandum est, nec negotiandum; unde & Dominus ementes, & vendentes eiecit de templo, Jo. 2. Ad hoc c. *Et hoc diximus*, 16. q. 8. & c. 2. vers. *Cessant in Ecclesiis*, eorumque coemeteriis negotiationes, & praecipue nundinarum, & c. de Imman. Eccles. lib. 6. imo secundum Host. hic num. 8. vers. *Tertio*: nec suppellectilia sunt ibi ponenda, nisi forte ad tempus in gente necessitate, de quo dic, ut legitur, & notatur in c. 1. & c. *Ecclesia*, sup. de Imman. Eccles. & in c. de Custod. Euchar. An autem, & quando negotiari in Ecclesia sit culpa lethalis, consule Sylvest. in 58 ver. *Negotium*, num. 2. vers. *Quarto* Similiter ex loco suspecto, & inhoneste redditur illicita negotiatio 1. Si cum clericis, & si arbitretur, per. Si in aliquo loco inhonesto, ff. de arbit. sicut & conversatio c. In omnibus, 81. dist. & c. Si quis sacro, 27. q. 1. Sylvest. ubi supra.

59 Quarto ex persona, puta si sit Clericus, & a fortiori si religiosus, ut in c. *Fornicari*, & c. *Negotiare* Clericum, 38. dist. & in hoc c. Et infra eod. per tot. & abunde ostensum est in praecedenti quaestione.

60 Quinto ex re, seu materia. Sunt enim aliqua, in quibus nullo modo licita est negotiatio, ut in

his, quae nec per se, nec cum admixto possunt esse utilia, sicut sunt aliqua venena, l. *Quid sepe*, §. *Veneri mali*, ff. de contrah. empt. l. *Qui venenam*, ff. de verb. signif. & l. *Certe*, §. 1. ff. Famil. heretic. In veneno igitur, quod potest esse utile cum admixto, vel etiam in puro pro feris bestiis occidendis, licita est negotiatio: sicut & in gladiis ad sui defensionem, & in coloribus ad colorandam mulierem, vel etiam virum pro bono; ita Innoc. hic n. 3. cuius theoriam per omnia sequitur hic Hostien. n. 8. Abb. Antiq. t. & Abb. Sicul. n. 11. & supra in rubr. Jo. Andr. n. 3. Butr. Card. & Anchar. omnes n. 2. Praterquam quoad illud, quod asserit de coloribus pro colorandis mulieribus, & maxime vitris, quod nullo modo placet Hostien. hic n. 9. & Jo. Andr. supra in rubr. n. 4. Cuiuslibet enim, si scire debet pictura, quam Deus in illius facie naturaliter posuit, & vix potest fieri sine injuria Creatoris, si aliam superponat: sicut de iteratione Sacramenti characterem imprimens dicitur in c. *Ostenditur*, de Consecr. dist. 4. & c. *Quidam*, 1. q. 1. & facit optimè, quod idem Host. notat in Summa de Sacram. non iterat. §. *Et quae sunt iteranda*, vers. *Sed quid est facere in iuramentum Sacramentorum*, & quod scripsi in c. *Statuimus*, n. 52. supra de suppl. neglig. Prel. Quamobrem Eccles. 4. *Nec accipias faciem adversus faciem tuam*, scilicet faciem picturam adversus faciem naturalem; & contra faciem timere potest illud Jo. 2. *Omnis vultus redigetur in ollam*, id est vultus depictus in ollam infernalem. Hinc Didymus Brachmanorum R. ex ad Alexandr. loquens de feminis suis, quae minime ornabantur, sic ait: *Quis potest opus naturae corrigere? quod si fiat aut instructum est, quia vivitur, aut criminolum, quia praesumitur.* Et Cyprianus de disciplina, & habitu virginum dicit, (Opus Dei est quod nascitur, Diaboli quod mutatur.) Et in libro de habitu virginum incipien. *Disciplina Custos*, post med. (Non virgines tantum, aut viduas, sed & nuptas puto, & omnes omnino feminas admonendas, quod opus Dei, & facturam ejus, & plasma adulterare nullo debeant adhibito flavo colore, vel nigro pulvere, vel rubore, aut quolibet lineamenta nativa corruptente medicamine.) Et postea subdit: *(Manus Deo inferunt quando illud, quod ille formavit, reformare contentunt impugnatore est ista divini operis, praevicatio est veritatis. Deum videre non poteris quando oculi tui non sunt, quos Deus fecit, sed quos Diabolus infecit, de inimico tuo compta cum illo pariter arsurus.)*

61 Et hanc sententiam Host. & Jo. Andr. probat Collect. hic n. 4. & supra in rubr. Butr. n. 2. Cardin. & Anchar. ambo n. 3. Abb. hic n. 11. & eodem Jo. Andr. in reg. *Et quae*, in 8. in *Mercur. lib. 6.* ubi ait; locutionem ex sui natura esse malam; & ideo posse per statutum Episcopi prohiberi, nec marito contrarium praecipienti teneri uxorem obedire. Quod falsus prosequitur Alber. de Rolate in 2. par. statut. circa finem, quest. 201. col. 3. & his addit D. Thom. in 2. 2. q. 169. art. 2. ad secundum, ubi ait: *(Mulierum fucatio, de qua Cyprianus loquitur ubi supra, est quaedam species furtionis, quae non potest esse sine peccato unde Augustinus dixit in epist. 73. ante med. tomo 2. fucati signentis quod rubicundior, vel candidior appareat, adulterina fallacia est: non tamen semper talis fucatio est cum peccato mortali, sed solum quando*

fit

fit propter lasciviam, vel in Dei contemptum, in quibus casibus loquitur Cyprianus.) Haec S. Thomas. Sic Isebel introitu Iehu auditu depinxit oculos suos libio, ut legitur Reg. 4. c. 9. 30. Item Ezechiel, 23. 40. *Circumlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri; & infra 44. Et ingressi sunt ad eam quasi mulierem meretricem.*

67 Ceterum advertite, quia ut S. Doctor subjicit, aliud est fingere pulchritudinem, & aliud occultare turpitudinem ex aliqua causa proveniente; hoc enim est licitum, quia secundum Apost. 1. ad Corinth. 12. *Quae putamus ignobiliora membra corpora esse, haec honorem abundantiora circumdamus*. Quo fit ut forte non peccaverit quidam ex Proceribus, qui cum morbo gallico tabesceret, ostro pingebat palentes genas, de quo fatis mem. Urbanus VIII. festivè fertur dixisse: *Foris nimio pictus Ibero, intus autem Gallico.*

68 Non tamen Hostien. hic num. 9. & sequaces reprobandam honestam, pretiosam, & placitam ornamentum mulierum sine pictura; si propterea se ornaverint ut viris suis magis placeant: Sed si ut aliorum oculos ad se trahant, est illicitum, & mortale cap. *Nec solo tactu*, & cap. *sequ. 32. q. 5.* Vide Chrysol. (Mulier si se decoraverit, & vocaverit ad saeculos hominum etiam si plagam non intulerit, vindictam dabit extremam; Venenum enim obtulit, etsi nullus qui bibat inventus sit.) & concordat B. Thom. in 2. 2. q. 169. d. art. 2. in corp. Vbi docet mulierem conjugatum posse abique peccato se ornare ut viro suo placeat: sed non conjugatas mortaliter peccare, si se ornent ea intentione, ut viros provocent ad lasciviam: Si autem ex quadam levitate, vel etiam ex quadam vanitate propter iactantiam quamdam, non semper esse peccatum mortale, sed quoad que veniale.

71 Sexto ultra praedicta negotiatio alias licita, fieri potest illicita ex commercio, cum scilicet illud est Republicae damnosum, vel ut quis totum frumentum, aut omnes merces emit, ut coactis aliis à se emere, vendat suo arbitrio, secundum Sylvest. in ver. *Negotium*, num. 2. vers. *Sexto*. Ad hoc quod legitur, & notatur in rubr. & in l. *um. c. de Monopoli*. Verum tempore fertilitatis potest quis multa victualia emere, ut tempore egestatis abundet, exemplo Ioseph in terra Aegypti, ut Gen. 41.

73 Quinimo hoc licet non tantum pro utro proprio, sed etiam ut aliis possit vendere eo pretio, quo tunc venditur ab aliis, dummodo tamen hoc faciat eo tantum fine, ne in terra sua victualia deficiant, puto quia videbat homines propter abundantiam victualia hujusmodi ad externas gentes transferre, vel dissipare, vel in his custodiendis debita curam, vel diligentiam non adhibere: alioquin si nulla utilitate pensata emanet, ut vendant carius, peccant omnes, ut legitur, & notatur in c. 1. de empt. & vendit. Sed gravius clericis, quam laici cap. *Quoniamque*, 14. q. 4. Ita Innoc. hic num. 2. cui consentiunt Hostien. num. 7. in ver. *Propter necessitates*, Joann. Andr. num. 3. in ver. *Necessitates*, Butr. num. 4. Card. num. 2. Anchar. num. 5. & Abb. num. 9. dicens cum dicto Innocentio transire communiter Doctores.

75 Septimo demum negotiatio fieri potest illicita ex consorcio. Vnde qui cum negotiatore, quem scit male conscientiam, societatem inire, tenetur

Prosp. Fagn. in 2. par. 3. lib. Decretal.

eam dissolvere, si commode potest: alias profecti debet se non intendere de illicitis lucris participare, argum. cap. *Error*, & cap. *Facientes*, 82. dist. Ita S. Antonin. in 2. par. tit. 1. c. 10. §. 2. post med. vers. *Si quis etiam societatem*, & post eum Sylvest. in ver. *Negotium*, n. 2. vers. *Septimo*.

76 Sed hic incidit dubitatio, numquid exereens negotiationem alias licitam, sed aliquid ex supra scriptis modis illicitam, teneatur lucrum inde susceptum restituere, Abb. hic non. 11. vers. *sed circa primum restitit teneri*, per ea, quae dixit post Innocent. in cap. *Quia plerique*, num. 34. supra de immuni. eccles. Tu verò dicas non esse in precepto, ut lucrum per hos modos quatumvis restitatur, aut pauperibus detur, licet sit consilium, secundum Doctores, nisi iniustitia committatur pluris vendendo, aut minoris emendo, vel iniqua exerecentia pretii emendo totum a se quid, ut carius venderet, quia tunc tenetur lais restituere damnum propterea illatum; Fuit enim causa damnaliter iniusta, ut bene per S. Antonin. in 2. par. tit. 1. cap. 16. §. 2. circa med. vers. *Et in quatuor casibus*, & Sylvest. ubi supra, §. *Non est autem necessarium*, & vide Cajet. restitutionis materiam ex principis explicantem in 2. 2. q. 62. artic. 6.

77 Quarto QUERO quibus clericis interdicta sit negotiatio

78 Si negotia saecularia accipiantur latiori significatione, prout proveniunt ex carnali concupiscentia, res est extra dubium, quia talia indistincte sunt omnibus prohibita tam clericis, quam laicis, sed maxime clericis, ut hic patet: nam appetere plus iusto pretio, haec & similia indubitanter interdicta sunt omnibus, secundum Abb. nu. 12. vers. *eg. dice em.*

Verum si negotia saecularia sumantur strictè pro commutatione lucrativa, seu mercatura, quae permixta est laicis, sed prohibita ecclesiasticis, ut in cap. *Fornicari*, 88. dist. 2. Tunc quoad clericos in sacris Ordinibus constitutos conveniunt omnes negotiationem esse prohibitam: de hoc enim est casus apertus hic in illis verbis: *(Ecce talia, & his similia Ministri Altaris Domini omnino contradicimus.)* quae verba proculdubio includunt Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos. cap. *Tribus*, & cap. *sequ. de consecr. dist. 2* ut hic per Host. nu. 7. in fin. in verb. *Ministri*: cum quo alii transeunt: ad idem cap. 1. ibi, in *Suldacon. etc.* & supra, ubi gloss. 1. vers. *De his, qui sunt in minoribus, supra de postulan. & cap. *Sicut re*, & quod ibi notant Innocent. & alii in ver. *Sicut re*, infra hoc tit. & c. 3. 88. dist. ubi dicitur: *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus nequaquam saeculares curas assument.**

80 Quo verò ad Clericos Minorum Ordinum siquidem habeant competens beneficium ecclesiasticum similiter concordant Doctores non licere illis negotiari per textum in d. cap. 1. ibi, in ordinibus quoque minoribus si pendunt ecclesiasticis sustententur, de *Postulan.* & hic firmant *lazo sit eto*, Joann. Andr. n. 4. in verb. *Ministri*, Butr. eod. num. 4. vers. *et vero an omnibus*, & Abb. n. 12. & conferunt quae de officio Tabellionatus scripsi in d. cap. *Sicut re*, n. 26. infra eod.

81 Sed si clericis minoribus ordinibus competens beneficium non habeant, articulus est valde dubitabilis: nam Hostien. & Jo. Andr. proximè citati, videntur tenere hanc probationem restituti-

LI 3

giad

gi ad clericos in minoribus beneficiis dumtaxat: & apertius hoc tenet Abb. num. 12 in fin. dicens, Clericis in minoribus non beneficiis minime prohiberi negotia secularia alias licita. Movenitur omnes per d. cap. 1. supra de postulan ubi clericis in minoribus prohibentur esse Advocati in foro seculari, si stipendiis ecclesiasticis sustententur. Ergo a contrario sensu, si huiusmodi stipendia, & sic beneficium non habeant, utiq; possunt, & ita notat glos. 1. & communiter DD.

83 Verum Anton. de Butt. hic num. 4. vers. Quarto an omnino. putat hanc prohibitionem extendi ad clericos in minoribus etiam non beneficiatos, quia si gaudere volunt privilegio ecclesiastico, abstinere debent ab his, quae non decet propositum clericale, ut cap. 1. de vit. & honest. clericor. Tu vero dicas, clericis omnibus etiam minorum Ordinum prohibita esse negotiationem, si congrua habeant sustentationem huiusmodi beneficium ecclesiastico, live ex bonis patrimonialibus.

84 Quod proba ponderando primò hanc rubricam, quae indefinitè loquitur de clericis: & complura capitula daunt clericos negotiatores, nec distinguunt an sint beneficiati, nec ne, ut cap. 1. de qua. 4. cap. Negotiatorem clericum quasi quando in rebus suis, & per 101. 88. dist. 1. Ergo indistinctè & generaliter de omnibus clericis sunt intelligenda, cap. Si Romanorum, 19. dist. 1. cum concord. & notat glos. 1. in c. 2. de preben. Et eò magis, quia in cap. 1. ead. dist. sic legitur: Decrevit Synodus nullum deinceps clericum possessionem codicere, aut nequeis secularibus se miscere. Dicitur autem, nullum, cum sit universalis negatio, utiq; non admittit restrictionem ad clericos beneficiatos ad glos. in Clem. 1. in ver. Nullum, de preben. Rom. cons. 190. num. 2. & Cravet. cons. 809. numero 4. vers. sexto, & cons. 204. num. 5. Ad idem textus in cap. 1. q. 1. quæst. 4. ubi dicitur: Noverint clericis ab omni cupiditate negotiationis ingenio, vel cupiditate cessandam: quod si cessare noluerint, in quocumque gradu sint positi, mox à clericibus officiis abstinere cogantur: nam dictio illa estrenata, quocumque, similiter nullam patitur restrictionem, cap. Solita & ibi glos. ult. supra de malo. & obed. Archid. in cap. Si tibi absenti, col. 2. in verb. Quicumque, de preben. lib. 6.

Secundo, pondero textum in cap. Fornicari, 88. dist. ubi dicitur: Antequam ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari; factò jam non licet. Sed per solum claricatum quis efficitur ecclesiasticus, & de foro ecclesie, licet beneficium non sit adeptus, ut patet in c. 90. Ergo eidem negotiari non licet.

86 Tertiò, ad idem pondero textum in cap. 2. infra de clericis venatoribus: ubi venatio, quae in hoc cap. circa fin. connumeratur inter negotia secularia, omnibus fereis Dei interdicitur. Servi autem Dei dicitur quicumq; in sortem Domini vocantur: & sic clericali caractere insigniti, etiam non beneficiati, cap. Duo sunt, 12. quæst. 1. cap. Clerici & cap. Clericos, 21. dist. & notant in d. c. 2. glos. 1. & Hostien. num. 2. & plerique alii.

Eteò confirmatur, quia Concilium Tridentinum in cap. 1. sess. 22. Dum innovat Summorum Pontificum, & Conciliorum Sanctiones de secularibus negotiis fugiendis, loquitur de Clericis in sortem Domini vocatis. Quae quidem verba ut prædixi conveniunt omnibus clericis, etiam primæ ton-

sura, & beneficium non habentibus.

Quartò argumentor à ratione cessante: nam clericis indulgetur ut possint esse Advocati in foro seculari propter necessitatem sustentationis, & de postul. Sed hæc necessitas cessat live ex beneficio, live aliunde sustententur, cap. Episcopus, in fin. de preben. Ergo indultum cessare debet, cap. Quod ex necessitate, 1. q. 1.

87 Quintò, considero rationes, ob quas clericis prohibentur negotiari: præcipua enim ratio est, quæ ponitur in hoc capitulo, videlicet, quia secundum verbum Apostoli nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Hæc autem verba utique comprehendunt etiam clericos non beneficiatos, quia cum primò quis clericali tonsura initiatur Dei seu caelestis militia miles efficitur, ut est text. in cap. Christiani, 11. q. 1. in cap. Degradatio, de preben. lib. 6. & scripsi plenius in cap. Cum somnigat, num. 129. supra de vit. & quali. Secunda ratio est, quia clericis sunt ex illo genere Christianorum, quod mancipatum divino officio, & debitu contemplationis, & orationis ab omni strepitu temporalium cessare convenit: quæ sunt verba textus in cap. Duo sunt genera, sess. 22. qu. 1. Ex hoc autem genere proculdubio sunt clerici primæ tonsuræ etiam non beneficiati: quod inde convincitur manifestè, quia cum tonsuratur, deponunt capillos, & tenduntur in signum spernitæ curæ temporalium, & hæc coronam habent ab institutore Ecclesie, ut ibi subiungitur: & sic multò ante quam erediti fuissent tituli beneficiati, ut probavi latissimè in cap. Si quis sanctus, num. 15. ap. de pecc. clerici.

89 Tertia ratio, quia clericis non sunt de corpore Reipublice mundanæ, sed ecclesiasticæ, l. Placuit, C. de Episc. & Cleric. & cap. Fornicari, 88. dist. Et propterea non decet eos vacare negotiis mundanæ reipublice, cuius corpori non sunt annexi, ut per Abb. supra in rubr. circa med. vers. Secundo potest. & Distum est supra num. 30. & seqq. Dubitari autem non potest quia minores clerici etiam non beneficiati sunt de corpore reipublice ecclesiasticæ, & de foro ecclesie, cap. Nullum clericum, & per tot. 11. q. 1. cap. Quisquis, 17. q. 4. Ideoque Concilium Tridentinum declarans fori privilegium in cap. 6. sess. 23. loquitur alternativè ibi, beneficium ecclesiasticum habeat, vel habitum, & tonsuram deservens alicui ecclesie, de mandato Episcopi inseruiat. Et ita sufficit clericatus cù prædictis requisitis etiam sine beneficio, ut sæpius censuit Sacra Cõgregatio ejusdem Concilii Interpres. Quarta ratio, quia clericis à divinis officiis quibus jugiter vacare debent, per secularia negotia distrahuntur, c. Nimmquam, de consecr. dist. 5. cap. fin. ibi, secularium potius negotiationibus, quam divinis officiis intendunt supra de vita, & honest. clericor. & cap. Clericus, il primo, ibi, abique officiis sui detrimentis, 91. dist. Certum est autem etiam clericos primæ tonsuræ, licet beneficiati non sint, per secularia curas advocari à divinis officiis, quibus & ipsi sunt addicti, ut clare probatur in d. cap. Duo sunt, 12. q. 1. Ideoque S. Tridentina Synodus in c. 16. sess. 23. innovans canonem sextæ Synodi Chalcedonensis statuit, ut nullus in posterum ordinetur, qui illi ecclesie, aut pio loco, pro cuius necessitate, vel utilitate assumitur, non adscribatur, ubi suis fungatur

91 muneribus nec incertis vagetur sedibus, & Quinta ratio, quæ similiter æquè viget in clericis beneficiatis, ac non beneficiatis, est, quia negotiatio ut pluri-

ut plurimum sine mendacio, & perjurio exerceri non potest cap. Elicius, 88. dist. cap. Qualitas, & cap. Negotium, de panis. dist. 5. glos. in Summa circa fin. 14. q. 3. Ioan. Andr. in cap. 1. num. 2. supra de ser.

92 Non obstat quod prohibitio negotiationis in hac Decretali fiat Ministris Altaris Domini, quales non videntur esse, nisi Presbyteri Diaconi, & Subdiaconi, ut in cap. Tribus, de consecr. dist. 2. ubi Clemens Papa, (Tribus gradibus, inquit, commissa sunt Sacramenta Divinorum Secretorum, id est Presbytero, Diacono, & ministro, nempe Subdiacono, ut glos. & DD interpretantur.

Nam respondeo etiam inferiores clericos esse ministros altaris Domini, licet non ita proximos, & immediatos, sicut Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi: nam generaliter omnis ordo prout est Sacramentum, ordinatur spiritualiter ad Sacramentum Eucharistie, c. Perlethum, 23. dist. Concilium Tridentinum sess. 23. de Sacram. Ordin. cap. 2. & can. 2. & docet S. Thom. in 4. dist. 24. q. 3. art. 2. q. 2. Et distinctio omnis graduum, & ordinum est propter altaris sacrificium, in quo est consummatio omnis divini cultus, Turreer in cap. Cleros, n. 16. vers. Secundo sic, 21. dist. n. 4. & in specie Acolythus suggella pro Eucharistia, & Calices Diaconis præparat, ut in dist. cap. Perlethum, §. Ad Acolythum. Neque verò ad esse ordinis ecclesiastici, & Sacramentalis requiritur ut habeat ministerium cooperativum in ipso actu consecrationis Eucharistie, sed satis est, ut vel quoad ipsum Sacramentum, vel quoad suscipientes cooperetur præparando, sicut clare patet in minoribus ordinibus, d. c. Perlethum, & c. Acolythus, cum tribus seqq. 23. dist. quæ sunt formalia verba Præpos. in d. c. Clericos, n. 4. vers. Non enim, 21. dist. & declarat S. Tho. in 4. d. dist. 24. q. 2. ar. 1. q. 2. vers. Et idè aliter dicendum: ubi latè prosequitur quomodo ministri singuli cooperentur mediatur, vel immediate, vel in ordine ad ipsum Sacramentum, vel in ordine ad ipsam suscipientes. Sed & Concil. Trid. in c. 17. sess. 23. feriò præcipit ut singula sacrorum Ordinum ministeria ab Oltariatu ad Diaconatum non nisi per cõstitutos in dictis Ordinibus exerceantur, Ex quibus patet verba huius decretalis de ministris altaris Domini utique congruere etiam clericis minorum ordinum; & eo magis, quia textus declarat de quibus ministris intellexerit, dum subiungit, de quibus ait Apostolus, Nemo militans Deo, &c. Quæ verba conveniunt etiam clericis primæ tonsuræ, ut ostensum est supra n. 87. & 88.

94 Non obstat d. cap. 1. de Postul. ubi clericis in minoribus prohibentur esse Advocati in foro seculari, si stipendiis ecclesiasticis sustententur.

95 Nam primò responderi potest, inde non esse licitum arguere, ut si talibus stipendiis non sustententur, possint esse Advocati: quia argumentum à contrario sensu non procedit, quando ipsius argumenti contrarium reperitur in iure exprellum, Io. Andr. in cap. Publicato, num. 18. de el. d. prout reperitur hoc casu, ut patet in iuribus supra ponderatis num. 83. & seqq. Deinde respondetur illum textum eò tantum respexisse, ut clericis iudiciis secularibus se non immisceant, nisi ex causa necessitatis, vel pietatis: Et quamvis adjecterit verba alia, stipendiis ecclesiasticis, tamen hoc idè videtur fecisse, quia de iure etiam ad minores ordines quis promoveri non debet sine titulo, ut est

96 Item Pius V. in Bulla 42. incip. Romani Pontificis, in Bullar. tom. 2. pag. 238. statuit, ut à quibusvis Presbyteris, & clericis, quorum beneficia, vel pensiones non excedunt valorem annuum triginta ducatorum auri de Camera, nullum spolum exigi possit, dummodo tamen se ab illicita negotiatione, & à sacris canonibus prohibita abstinuerint, Ergo clericis habens pensionem etiam infra ducatos triginta, tenetur ab illicita negotiatione abstinere; alioquin subiacet spolio: & tamen habens pensionem non dicitur habere beneficium, cum Constitutio loquatur alteriari de beneficio, vel de pensione: & sic falsa est opinio Hostien. & sequacium, quod minores clerici non beneficiati possint negotiari.

casus in c. Non liceat, & ibi notat glos. 1. & Abb. num. 1. & 2. supra de preben. & sic respexit ad id, quod de iure esse debet. Sed tamen idem dicendum est, si aliunde habeant sustentationem, quia cum conditio illa, si stipendiis ecclesiasticis sustententur, respiciat unum & determinatum finem, scilicet ut non indigeant, utique adim pletur per æquipollens, ut in l. ultim. §. fin. ff. de mand. & not Bald. cons. 51. Titius vendidit, num. 1. lib. 1. Ad hoc bonus textus in cap. Episcopus, il terzo de preben. ibi, (Nisi talis ordinatus de sua, vel de paterna hæreditate subsidium vitæ possit habere.) Et est ex mente Hostien. & aliorum quos retuli in cap. Item tes, numero 28. inf. eod. ubi omnino videas. Ac demum responderi potest illam Decretalem esse intelligendam in casu quo loquitur, in quo videtur esse aliqua specialis ratio permissivis quoad minores clericos beneficiatos, quia nuntius advocacionis est valde utile republice: nam Advocati non minus profunt humano generi, quam si preliis, atq; vulneribus patriam par enteque salvarent; ut dicitur in l. Advocat. de Advocat. divers. iudic. Et facit quod notat glos. in l. 1. §. Hæc dicitur in verb. Certis personis, ff. de postulan. & Abb. in cap. ultimo num. 1. eodem tit. Ab officio igitur advocacionis non videtur inferendum ad alia negotiationum genera, quæ non ad publicam utilitatem, sed ad privatum lucrum ordinantur, cap. Secundum instituta, inf. eod. quæ differentia est ex mente Sylvell. in verb. Clericus, 3. num. 1. vers. Clerico igitur 2. iund. vers. Nec secundo, & hic iunge quæ de clericis minorum ordinum habentibus unde vivunt non ex beneficio, sed ex patrimonio circa prohibitum Tabellionatus exercitium scripti in cap. Sicut te, num. 27. & seq. inf. eodem.

97 Quæ opinio, si vera est in terminis iuris communis, profecto reddidit fermè indubitabilis ex nonnullis Constitutionibus Summorum Pontificum.

Nam Pius IV. in Bulla 19. incipien. Decens esse censentes, in Bull. tom. 2. pag. 29. Declarat bona quæcumque ex illicita negotiatione acquisita per quosvis clericos tam seculares, quam regulares etiam in sacris ordinibus constitutos cuiuscumq; status, ordinis, & conditionis fuerint, tamquam spolia ad Cameram Apostolicam pertinere. Pondera verba, etiam in sacris: nec non verba Cuiuscumque ordinis, quæ implicat & includunt etiam clericos in minoribus ordinibus constitutos. Ite pondera verba universalialia, & genitivalia: quoscumque clericos, cuiuscumque status, &c. quæ non pariter restrictionem ad beneficiatos, ex his quæ plenè tradit Aym. cons. 294. Verba transaditionis, num. 16. per tot.

98 Item Pius V. in Bulla 42. incip. Romani Pontificis, in Bullar. tom. 2. pag. 238. statuit, ut à quibusvis Presbyteris, & clericis, quorum beneficia, vel pensiones non excedunt valorem annuum triginta ducatorum auri de Camera, nullum spolum exigi possit, dummodo tamen se ab illicita negotiatione, & à sacris canonibus prohibita abstinuerint, Ergo clericis habens pensionem etiam infra ducatos triginta, tenetur ab illicita negotiatione abstinere; alioquin subiacet spolio: & tamen habens pensionem non dicitur habere beneficium, cum Constitutio loquatur alteriari de beneficio, vel de pensione: & sic falsa est opinio Hostien. & sequacium, quod minores clerici non beneficiati possint negotiari.